ANONYMI
DESCRIPTIO EUROPAE ORIENTALIS

»IMPERIUM CONSTANTINOPOLITANUM, ALBANIA, SERBIA, BULGARIA, RUTHENIA, UNGARIA, POLONIA, BOHEMIA«

ANNO MCCCVIII EXARATA

EDIDIT, PRAEFATIONE ET ADNOTATIONIBUS INSTRUXIT

DR OLGIERD GÓRKA

Wielce Szanownemu Koledze
Jerzemu Radojičićowi
w serdecznem podziękowaniem
za okazywaną sympatję i życzliwą
pomoc w pracy ofiarowuje
Dr Borowski Stanisław.
Białogród,
10/XII 1929.

CRACOVIAE
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM
GEBETHNER ET SOCII
1916.

E typografia Universitatis Jagellonicae, provisore Iosepho Filipowski.

Conspectus rerum:

Praefatio.

Quamquam tractatus geographicus, cuius editionem nunc proponimus, nonnulla ad historiam Europae Orientalis nec non ad notitiam Orientis apud Gallofrancos saeculo XIV vigentem pertinentia suppeditat, hucusque non solum ineditus, sed ne cognitus quidem erat. Cum autem viri inter Francos et Germanos eruditi tam multa ad cognitionem Orientis medii aevi contulissent etiam rebus minoris momenti editis, omissionis illius causa nulla alia fuisse videtur, nisi errores in catalogis codicum manuscriptorum commissi vel falsae eorundem adnotationes. Omnibus enim notitiis de codicibus, in quibus hic tractatus asservatur, perlustratis, animadvertere potuimus, in catalogis manuscriptorum nusquam ea, quae nostro tractatu continentur, bene atque accurate indicari. Itaque *Catalogus codicum manu scriptorum bibliothecae regiae Parisiensis* in descriptione codicis nro 5515 [1]) designati haec de eo indicat: Compendium geographicum esse imperfectum, in quo regiones Asiae et Europae, numero paucissimae, utcumque describantur. Sed in describendo codice nro 5515 A notato [2]) nullam iam mentionem de illo tractatu facit. *Inventaire des manuscrits de Saint Victor*, liber a Leopoldo Delisle conscriptus, parum accuratam descriptionem codicis nro 14693 [3]) signati habet, in qua noster tractatus falso ut

---

[1]) Pars III. Tomus IV. Parisiis 1744, p. 126.
[2]) l. c. [3]) Paris 1869, p. 39.

»Mémoires sur des projets de croisade etc.« commemore-
tur. Pari modo catalogi manuscripti Bibliothecae Nationa-
lis Parisiensis hunc tractatum »Proiectum de recuperatione
terrae sanctae« appellant. Non meliora indicia in catalo-
gis, qui praecipue libros manuscriptos ad Orientem per-
tinentes enumerant, invenimus; nam in inventario comitis
Riant [1]) et in *Bibliotheca geographica Paleastinae* a Röh-
richt confecta [2]), tractatus noster (enumeratis paginis) ut
»Tractatus alius de recuperatione Terrae sanctae« descri-
bitur. Similiter in libro *Histoire litteraire de la France*
inscripto P. Paris in articulo de Haytono Armeno parum
exactam et mendosam quidem descriptionem codicum Bi-
bliothecae Nationalis Parisiensis nro 5515 et 14693 [3]) desi-
gnatorum dederat, recte tamen de nostro tractatu comme-
moravit: »La troisieme partie (de Hayton) est dans ce vo-
lume séparée de la quatrieme par une description non
seulement de l'empire grec, mais de contrées limitrophes,
qui devaient sans doute en cas de conquête être resti-
tuées a l'empereur«. [4]) Porro Catalogus Bibliothecae Uni-
versitatis Lugduno-Batavae [5]) nostrum tractatum titulo
»Anonymi liber de Regionibus« indicat, dum in novo catalogo
eiusdem bibliothecae, nondum finito, idem »De partibus
mundi« appellatur. Deinde minime accuratae notitiae sunt
Monumentorum Germ. histor. [6]), catalogi de Fleury [7]) et Bi-
bliothecae civitatis Pictaviensis. [8]) Qui ultimus denique aliquo-

[1]) Inventaire sommaire des manuscrits relatifs à l'histoire et à la geographie de l'Orient latin — in »Archives de l'Orient latin« t. II p. 143.

[2]) Berlin 1890, p. 75. [3]) T. XXV p. 499. [4]) Ibid. p. 500.

[5]) Catalogus librorum tam impressorum quam manuscriptorum Bibliothecae publicae universitatis Lugduno-Batavae, 1716, p. 328.

[6]) Scriptor. rer. Longobard. ed. Bethmann-Waitz, p. 34.

[7]) Ed. in Mémoires de la Société des antiquaires de l'Ouest (1868); nro 169.

[8]) Catalogue general des Manuscrits des Bibliotheques publiques de France, t. XXV. Poitiers. ed. Parisii 1894, p. 79.

ties [1]) codices, hunc tractatum continentes, descripsit Carolus Kohler, nunquam debitum studium in ea parte codicum posuit. Solummodo enim notam Cat. Bibl. Nat. Parisiensis de imperfecto tractatu geographico repetivit et »incipit« et »explicit« notavit, quamquam in nostro tractatu Haytoni opus, cuius ipse Kohler editionem fecit, commemoratur idemque in medio aliquorum codicum »Floris historiarum« Haytoni invenitur. Haec enumeratio docet nos, qua de causa tractatus noster a pluribus quidem perstrictus, sed semper false aut minus exacte commemoratus, incognitus hucusque remanserit.

Nos quidem cum fontibus ad res crucigerorum pertinentibus occupati hunc tractatum cognovissemus, publici iuris eum facere utile nobis visum est, cum, ut infra demonstrare conabimur, nonnulla aliunde ignota in eo inveniantur. Editioni nostrae idioma Latinum, utpote quod optime eruditis cognitum sit, imprimis aptum iudicavimus, praesertim cum tractatu tam differentes nationes et civitates describantur.

1. De auctore et tempore, quo tractatus conscriptus est.

In nullo ex quinque codicibus asservatis nomen auctoris exhibetur neque eo qui sufficiat modo tractatus ille cuiquam personae aliunde notae attribui potest. Et quamvis ipsum textum investiganti nonnulla emergant indicia, quae de auctoris persona, statu et condicione ali-

[1]) Recueil des Historiens des Croisades. Historiens occidentaux, t. V. p. CXVIII; Ibid. Documents arméniens, t. II p. XCVI/VII; Revue de l'Orient latin, t. X Paris 1905, p. 423/424; Mélanges pour servir à l'histoire de l'Orient latin et des Croisades, Fascicule II. Paris 1906 (Art. XII Deux projets de croisade en terre sainte, composés a la fin du XIII[e] siecle et au debut du XIV[e]), p. 533/34.

quid prodant, anonymus tamen nobis ille perseverabit, ut in titulo nostrae editionis adnotavimus. Antequam tamen aliquid de eius persona dicemus, tempus, quo tractatus scriptus est, utpote quod certe definiri possit, definiemus.

Quamquam enim auctor nullo loco indicavit, quo tempore opus suum composuerit, tamen saepenumero narrat, aliquod factum »nunc« (ergo tempore tractatus conscribendi) aut »ante (aliquot) annos« accidisse; praeterea multarum rerum mentionem facit, quae ex aliis fontibus exacte determinatae sunt. Omnia haec indicia congessimus, non solum ut eorum ope tempus accurate definiremus, sed etiam, ut nonnullas difficultates et controversias explicaremus. Iam statim initio tractatus scripsit auctor »de asia maiori dominus de kurco satis plene tractavit« [1]; inde patet, auctorem opus confecisse post librum, qui inscribitur: »Flos historiarum terre Orientis« compositum ab Haytono, domino de Curchi vel Curco, cuius descriptio Asiae maioris i. e. regionum Persiae, Tartariae, Indiae, Turquiae etc., ut notum est, anno MCCCVII, mense Augusto, [2] conscripta est. — Pari modo alibi notat auctor »rex rasie habet filiam, quam vellet tradere domino karolo vel filio suo«, [3] quo loco »dominus karolus« neminem — ut infra demonstrabitur — alium, nisi Carolum Valesium, regis Philipi Pulchri fratrem, designat, qui tunc temporis viduus erat; nam uxor eius Catharina de Courtenay d. 10 Octobris a. 1307, [4] secundum alios vero d. 2 Januarii a. 1308 [5] mortua est. Ex aliis fontibus notum est legationem regis Rasiae, scilicet Urosii II Milutini, ad conubium filiae eius Zaricae cum filio Caroli Valesii per-

1) Cod. lat. manu script. Bibl. nat. Paris. nr. 5515 f. 65^{a}; vide etiam indicem s. v.

2) Recueil hist. Crois. Documents arméniens, II passim et p. XXXV.

3) f. 75^{a}.

4) Mémorial Noster; vide J. Petit: Charles de Valois (1270—1325) Paris 1900, p. 120. 5) Ibid. Jean de Saint Victor.

tractandum, missam, mense Martio anni 1308 Galliam venisse, [1] ex quo sequitur, huius modi propositum primo vere anni 1308 initum esse. Cum tamen in pactione inter Carolum et Urosium die 27 Martii a. 1308 facta, [2] iam aperte de matrimonio filii Caroli Valesii cum Zarica agatur et ipse Carolus mense Julio eiusdem anni de novo dominam Mahaut de Saint Pol uxorem duxerit, [3] probabile videtur, auctorem nostrum, de his rebus tam bene doctum, ante mensem Martium anni 1308 illam sententiam seu notitiam scripsisse.

Alio quidem loco auctor hanc mentionem fecit: »terram... horum blachorum... exercitus domini karuli qui in partibus grecie moratur fere totam occupavit et ideo convertit se ad regnum thesalonicense et actu mari terraque, expugnant civitatem Thesalonicensem dictam cum regione circumadiacente«. [4] Exercitus domini Caroli (Valesii), qui in Macedonia morabatur, nihil aliud designat nisi famosum numerum Catalonensem (Almugavares), [5] qui anno 1308 ineunte [6] Carolum Valesium ut dominum tam sui ipsius quam terrarum a se occupatarum agnoverat et per hiemem annorum 1307/1308, ut scriptores Byzantini testantur, [7] in Macedoniae partibus permanserat et

1) Ubicini in Glasnik XXVII (1870) p. 309—341; Du Cange: Histoire de Constantinople p. 59; J. Petit: Charles, p. 142; C. Jireček: Geschichte der Serben. Gotha 1911. I p. 345/6.

2) Du Cange l. c., Jireček I 345.

3) Petit: Charles de Valois, 120. 4) f. 67^{a}.

5) Vide G. Schlumberger: Expeditions des »almugavares« ou routiers catalans en Orient de l'an 1302 a l'an 1311. Paris 1902.

6) J. A. C. Buchon: Recherches et materiaux... empire grec I p. 48—9; Delaville le Roulx: La France en Orient au XIV^{e} siècle, 45; J. Petit in Le Moyen age 1897 p. 235 (minus exacte); Schlumberger, Expedition p. 317 et sequ.

7) Schlumberger: Expedition p. 337/39; apud E. de Muralt: Essai de chronologie Byzantine 1057—1453, p. 506 falsae conclusio-

urbem Thessalonicam occupare temptaverat. Quae cum ita sint, narratio auctoris initio anni 1308 respondere videtur. Quae mentiones, ratione habita temporis necessarii, ut notitia istarum rerum in Galliam pervenire posset, primos menses anni 1308, probabiliter Februarium et Martium huius anni, ut tempus quo auctor eventorum novissimorum notitiam accepit, indicant. Huic coniecturae convenientem terminum »ad quem« suppeditat narratio tractatus de rebus in Polonia [1] et Bohemia [2] nuper actis; nam imperator Romanorum Albertus I, ut vivus, regnum Bohemiae et Poloniae »habere intendens« commemoratur. Nolimus argumento ex silentio uti, mors tamen Alberti I die 1 Maii 1308 obita, utpote tam tragica et inopinata, quae etiam Caroli Valesii incepta immutaverit eumque, ut dignitatem imperatoris Romanorum peteret commoverit, [3] sine dubio celerrime [4] in toto mundo Christiano divulgata est, qua de causa Anonymo incognita esse non potuit; qui tamen cum de Alberto ut de vivo narrat, terminus tractatus componendi ante d. 1 Maii a. 1308 est definitus.

Nec minus ceterae commemorationes, quae in tractatu inveniuntur, huic termino statuendo favent. Regis Serbiae Urosii meminit auctor, ut iam a XXVI annis regnum Rasiae tenentis, [5] cum autem Urosius II regnum Rasiae in conventu Deževiensi anno 1282 obtinuerit, [6] ad annum 1308 ut ad tempus tractatus compositi pariter devenimus. Commemorat quoque auctor »septimo anno transacto...

---

nes; optimus fons est Nicephorus Gregoras (Corpus scriptor. hist. Byzant. Bonn. 1829, p. 245/6).

1) f. 75^{b}. 2) f. 76^{a}: »vult illud regnum pro suo filio occupare«.

3) J. Petit: Charles de Valois p. 115 et sequ.

4) Vide Petit: Charles p. 115, n. 1. 5) f. 71^{b}.

6) Jireček: Geschichte der Serben I, 330; primus annus regiminis Urosii II annus 6790 i. e. 1 Sept. 1281—31 Aug. 1282 fuit, vide Miclosich, Mon. Serb. 561 et Stojanović, Zapis nro 27.

est multum imperatoris Constantinopolitani diminuta potentia« [1]. Qua quidem notitia plane alludit ad pugnam apud Baphäon, die 27 Juni a. 1301, [2] commissam, quae dicto imperio magno detrimento fuit, praesertim cum causa exstiterit aliquot regionum perdendarum [3]; qua re denuo annus 1308 ut tempus, quo tractatus scriptus est, implicite proponitur.

Antequam tamen illud tempus certe constituemus, alii loci tractatus, qui supra allatis contradicere videntur, explicare debemus. Ex his locis, in quibus auctor de tentamentis Alberti I imperatoris narrat, scil. ex enuntiationibus: »illam dominam (i. e. Reyczkam alias Elizabetham filiam regis Poloniae Primislai II) [4] rex romanorum dedit filio suo secundo genito in uxorem et cum ea intendit habere prefatum regnum polonie« [5], tum: »rex romanorum vult illud regnum (scil. Bohemiae) pro suo filio occupare«, [6] sequitur auctorem, cum tractatum conscriberet, Rudolphum, filium »secundo genitum« [7] imperatoris Alberti, qui iam die 4 Julii 1307 mortuus erat, [8] pro vivente habuisse. Quam discrepantiam eo modo solvendam putamus, ut supponamus Anonymum de rebus in Germania tunc temporis actis non bene edoctum fuisse, eo magis, quod mortuo Rudolpho pater eius Albertus I, alio filio suo, scil. Friderico, iisdem tentamentis Bohemiam vindicaret. [9]

Aliam quoque difficultatem explicare debemus. Ano-

---

1) f. 66^{a}. 2) Zinkeisen: Gesch. osman. Reiches I, 82.

3) N. Jorga Gesch. osman. Reiches I, 157; Jireček, Gesch. Serben I, 344.

4) O. Balzer: Genealogia Piastów, tab. V, 14.

5) f. 75^{b}. 6) f. 76^{a}.

7) Rudolphus inter filios Alberti I maximus natu erat (Bachmann: Geschichte Böhmens I, 715); secundogenitus erat Fridericus, qui ipse hoc tempore, i. e. a. 1308 ineunte regnum Bohemiae expugnabat (Bachman: Gesch. Böhm. I, 720—725); possibile est ergo, hoc factum causam erroris auctori nostro fuisse.

8) Bachman I, 720. 9) Ibidem.

nymus enim memorat »hanc insulam (scil. Rhodum) cum civitate sua rodia nuper hospitalarii occupaverunt cum magno dampno rerum et personarum suarum«.[1] Quae expugnatio insulae et civitatis Rhodiae magnas difficultates chronologicas inducit; in fontibus enim clarae notitiae non inveniuntur. Nam conclusiones de hac quaestione a Delaville le Roulx propositae minus ad probandum firmae sunt;[2] potius ergo sequendus est Johannes Prutz, qui expugnationem civitatis in d. 15/VIII 1309 ponit.[3] Nihilominus tamen dubium esse non potest, quin iam anno 1307 Hospitalarii expeditiones in Rhodum fecerint et obsidionem urbis inceperint.[4] Praeterea Papa Clemens V iam d. 7/IX 1307 bullam ad Hospitalarios misit, in qua de expugnatione urbis et expulsione Graecorum mentionem inserit.[5] Qua de causa iure merito putat Prutz,[6] Fulconem de Villaret, magistrum Hospitalariorum iam anno 1307 ita in curia Romana quaestionem suam proposuisse, quasi civitas ipsa ab eis iam capta et ordo Hospitalarius dominus totius insulae factus esset. Anonymus, qui convenienter cum posteriore traditione ipsius ordinis[7] de magnis damnis tempore expugnationis perpessis narrat, huius rei in suo opere meminit, prout iam anno 1308 ineunte in curia apostolica et societate christiana credebatur.

Haec ergo indicia et notitiae[8] nostram priorem de-

---

1) f. 68^a.

2) J. Delaville le Roulx: Les Hospitaliers en Terre Sainte et a Chypre (1100—1310), Paris 1904, p. 278—280.

3) Hans Prutz: Die Anfänge der Hospitalier auf Rhodos (1310—1355) — Sitzungsber. d. königl. Bayer. Akad. d. Wissensch. Phil. hist. München, 1908. p. 19.

4) Prutz o. c. p. 16.

5) Delaville le Roulx: Cartulaire general de l'ordre de Hospitaliers de St. Jean de Jerusalem t. IV p. 213; Delaville le Roulx: Hospitaliers p. 278; Prutz o. c. p. 9.

6) o. c. 10. 7) Prutz o. c. 19.

8) Aliae quoque res, ut »nunc« factae ab auctore commemorantur, e. g. matrimonium despotae Epiri, Thomae (f. 67^b); exactum tamen tempus horum factorum incognitum est, ideo potius auxilio ipsius tractatus determinanda sunt.

terminationem temporis tractatus conscribendi, scil. in primis mensibus (Februario et Martio) anni 1308, irritam non faciunt, et hunc annum, in titulo positum, haud dubitanter pro tempore, quo anonymus auctor suum geographicum opusculum confecit, habemus.

Tempore tractatus determinato pauca de auctoris persona dicemus. Legenti enim tractatum facile patet, auctorem non laicum, sed clericum fuisse, quod et nonnullis dictis ipsius comprobatur et statu scientiae eius temporis, quae pro magna parte penes solos clericos erat, commendatur. Pro indicio certissimo mentionem de ortu sancti Martini ex urbe Ungarica Sabbariae tenemus; nam auctor eam notitiam cum adnotatione »legitur lectione prima« refert.[1] Sub »lectione prima« Breviarii Romani pars intellegenda est, in qua nunc haec notitia sub Festo 11 Novembris in lectione sexta invenitur.[2] Quam coniecturam loci allati ex Epistulis Apostolicis[3] et Apocalypsi sancti Johannis,[4] qui in tractatu notantur, confirmant. Aliunde ad clerum pertinuisse auctorem etiam locis, in quibus de ecclesiae condicione vel de clericorum muneribus narrat, evincitur. Exempli gratia ritum impurum (»nec sunt pure catholici, nec pure scismatici«) populorum Albaniae describens, auctor hanc mentionem adicit: »Si tamen esset qui eis verbum dei proponeret efficerentur puri catholici«;[5] similiter cum vehementi indignatione de condicione cleri in regione maritima Serbiae narrat his verbis: »scimatici perfidi... ecclesias latinorum destruunt, dissipant et invadunt prelatos et captivant... et ideo dicte ecclesie sunt pauperes«.[6] Hoc modo nonnulla solum men-

---

1) f. 73^a.

2) Breviarium Romanum p. 911.

3) f. 66^a et sequ. 4) f. 66^a. 5) f. 70^a. 6) f. 70^b.

tione digna commemoravimus; sed praeterea in toto tractatu indicia plura inveniuntur, ex quibus apparet auctorem nostrum de rebus religiosis ecclesiasticisque bene doctum et in his rebus cum magno studio et ardore occupatum esse.

Inferius demonstrabitur auctorem in Europa Orientali, scilicet in Serbia aliquod tempus vixisse. Si autem saeculo XIII desinente vel XIV ineunte clericum aliquem catholicum in Oriente invenimus, praecipueque clericum hac educatione scientiaque auctorum praeditum, pro certo esse potest, huius modi clericum ad ordinem Praedicatorum aut Franciscanorum pertinuisse. Hi enim duo ordines soli, omni tempore cum Sede apostolica coniuncti, multos tunc patres fratresque fidei Christianae et doctrinae catholicae propagandae causa mittebant, qui etiam ad interiores provincias Asiae, ut notum est, perveniebant; similiter totus labor missionum, quae vocantur, inter scismaticos Graeciae, Bulgariae, Serbiae etc. praecipue penes hos duos ordines erat. Qua de causa autem auctor anno 1307 in meridie Europae Orientalis degere potuerit, facile explicabitur, si animadverterimus, hoc tempore multos fratres illorum ordinum in his partibus laboravisse. [2]) Sic notum est auctorem »Directorii ad passagium faciendum« circa annum 1307 Constantinopoli vixisse. [3]) Idem auctor nos docet »aliquando« (quod tempori eius commorationis in his partibus respondere videtur) »fratres Praedicatores ordinum et Minorum ad eorum (scil. Graecorum et Serborum) reduxionem ad fidem a Sede apostolica destinati… abiecti, verberati et contumeliis affecti fuerunt«, [4])

[1]) Vide L. Bréhier: L'Église et l'Orient au Moyen age. Paris 1907 p. 211—214 et 268—286; inter fontes praecipue opus Bernardi Guidonis (Martène, Ampliss. Collect. VI, 397—539).

[2]) Vide e. g. Jireček: Gesch. Serb. I p. 332; Pseudóbrocardus in Doc. armén. II, 424; Guillelmus Adae, ibid. p. 548.

[3]) Doc. armèn. II p. CXLVIII, 445—449.

[4]) Ibid. p. 423.

quo facto missiones illorum duorum ordinum in his partibus degentes dare indicantur. Evidentius etiam ratio et causa peregrinationis Anonymi in Serbia explicabitur, si respexerimus iis temporibus i. e. circa a. 1307/1308 unionem ecclesiae Serbicae cum ecclesia Romana denuo tentatam esse. [1]) Legatio Aegidii patriarchae Gradensis ordinis Minorum, qui cum Artanisio procuratore generali ordinis Minorum et Lapo procuratore generali ordinis Praedicatorum post d. 13 Junii 1308 in Serbiam missus est, tempore componendi nostri tractatus posterior est. Ex bullis papalibus tamen cognoscimus, iam antea apud Urosium regem Serbiae Gregorium de Cattaro ordinis Minorum et Henricum de Artanisio ordinis Praedicatorum in Serbia commoratos esse. Nolumus hypotheses fingere et aliquem eorum monachorum, qui tunc temporis in his partibus deversabantur ut auctorem nostri tractatus designare; nobis enim sufficit his exemplis demonstravisse complures fratres horum ordinum in his partibus i. e. apud Slavos schismaticos fidei catholicae propagandae causa consedisse, quorum unus nostrum tractatum composuerit.

Nonnullae rationes quoque adsunt, quae suadent, ut auctorem nostrum ad Praedicatores potius quam ad fratres ordinis Minorum pertinuisse putemus. Praeterire enim non possumus, fratres Praedicatores plus in operibus missionum et in litterarum studio in Oriente versatos esse quam fratres Minores; auctorem autem nostrum praecipue de rebus ordinis Praedicatorum bene doctum esse. Itaque is quidem bene scit, Elizabeth, filiam regis Ungariae Ladislai »in monasterio ubi iacet corpus prefate vir-

[1]) Ad hanc quaestionem vide: Regest. Clementis p. V. ed. Bened. t. II/2, 347; Bernard. Guid. Rec. Hist. France XXI, 718; S. Wadding, Annal. Minor. Romae 1733 t. VI p. 102 et sequ.; Baronius: Annal. eccles. XXIII, 419; Theiner: Mon. Slav. I, 127 et sequ.; Du Cange (J. Buchon, Coll. Chron. nat.): Hist. Const. p. 130 et sequ.; Theiner Mon. Hung. I, 360, 375, 377, 410, 414.

ginis margarete« i. e. in monasterio monialium Praedicatorum (Haseninsel) in Danubio degisse, ibidemque XXXII annos permansisse et postea »apostatavisse«. [1]) Similiter accurate commemorat beatam Margaretham »cuius canonizacio nunc petitur«. Revera, hoc tempore, anno 1306, Andreas Hungarus ex ordine Praedicatorum ad hanc causam promovendam in Curiam Romanam missus est, [2]) nec dubium esse potest, quin fratres Praedicatores canonisationis monialis his ordinis curam habuerint. Et sic per legatos de his tentaminibus auctor noster notitiam habere poterat. Denique alia etiam indicia, quae in opere passim occurrunt, e. g. de haereticis, »qui fugiunt ad partes illas (scil. Serbiae) a facie inquisitorum« [3]) (hoc tempore Praedicatorum), ardor contra schismaticos, qui auctorem »Pseudo-Brocardo« tam similem prodit, [4]) necessitas praedicandae fidei catholicae, [5]) etc. — opinioni favere videntur, auctorem nostri tractatus fratrem Praedicatorem fidei catholicae propagandae causa ad schismaticos missum esse.

Nationem eius explorantibus minime dubium esse potest, quin nec ad Teutonicos, a quorum studiis alienus sit, [6]) nec ad Slavos, de quibus ut de populis a se alienis narret, [7]) origine pertinuerit. Contra, omnia eo ducunt, ut putemus eum ex familia gentium Romanensium oriri. Cum vero solum Italica vel Gallica origo auctoris in discrimen venire possit, secundum nos omnia [8]) argumenta

---

[1]) Vide f. 75^a et infra.

[2]) Acta Sanct. Bolland. 1863 Januarius III p. 512—525; Fejer VIII p. 193; idem Andreas Hungarus prababiliter anno 1307 episcopus Antibarensis factus est! (vide Acta Sanct. l. c.; F. de Castillo Hist. Praedicat. L. III c. VI et II pars c. 11).

[3]) f. 70^b.

[4]) De Pseudo-Brocardo vide Doc. armén. II p. CLII.

[5]) f. 70^a. [6]) f. E. g. f. 75^b et 76^a. [7]) f. 72^b et passim.

[8]) Ex lingua auctoris nulla argumenta depromi possunt, cum vo-

eius originem Gallicam indicare videntur. Quod enim omnes codices manuscripti nostri tractatus, qui nunc inveniri possunt, in Gallia aut in eius confiniis asservantur, ea res testatur, eum praecipue in Gallia notum esse. Ex ipso autem tractatu apparet, auctorem bene genealogiam et propinquitates domus regalis Galliae calluisse, qua de causa etiam consanguinitatis vincula regum Ungariae »cum inclyto rege Franciae« enumeraverit. [1]) Neque hoc praetermissum esse potest Anonymum, qui in diversis locis personae alicuius mentione facta, semper eius titulum vel attributum quoddam addit, solum »dominum karulum« sine ulla designatione originis vel dignitatis nominare, ex quo patet, eum pro certo habere, legentes de ortu et persona Caroli Valesii, de eius matrimonio cum Catharina de Courtenay et de iure ad imperium Constantinopolitanum appetendum certiores esse; quippe qui ad Gallorum usum tractatum suum conscripserit. Similiter non est neglegendum auctorem quemadmodum »naturale odium... inter ipsos (scil. Polonos) et teotonicos« [2]) ita »naturalem amorem quem (Albani) habent ad gallicos« [3]) commemorasse; quae res, de quibus auctor legentes monere cupit, optime iudicium animi nec non nationem auctoris produnt. Clarius etiam origo eius elucet ex narratione de Bulgaria et Ruthenia, ubi duobus regibus Gallicis scil. Carolo Valesio et Carolo Roberto foedus ad subiciendas omnes nationes schismaticas ineundum suadet. [4]) Non fugit nos quidem eo tempore post curiam Avenionem translatam continuis commerciis Gallorum cum Italia superiore effectum esse, ut Praedicator Gallicus a fratre eiusdem ordinis Italico minime differret ita, ut ad nationem auctoris definiendam

---

cabula magis propria, ut e. g. roncinus, leuca etc., tam in scriptis Italorum quam Francorum occurrant.

[1]) f. 75^a. [2]) f. 75^b. [3]) f. 69^b et 70^b.

[4]) f. 72^b.

fortiora argumenta ex tractatu repeti non possent; sed tamen indiciis quae enumerata sunt respectis et praesertim ratione habita eius, quae tum erat, rerum condicionis [1]) auctorem Praedicatorem Gallicum fuisse putamus.

His praemissis etiam de persona atque animo auctoris, quales ex ipso tractatu appareant, aliquid est addendum. Quod ad ingenium auctoris attinet, dicere possumus, eius indolem labore in missionibus apud schismaticos consumpto et coniunctione cum ordine, qui praecipue adversus haereticos et schismaticos stabat, formatam esse. Ubique locorum eius zelus et propensa ad sedem apostolicam voluntas notari possunt. Cum vero auctor Praedicator esse nobis videatur, non mirum est, cur omni occasione oblata odium in schismaticos et haereticos effundat. [2]) Hoc odium schismaticorum, quod pari modo apud coaetaneos, e. g. apud Pseudo-Brocardum invenitur, [3]) sine dubio multum etiam ad modum describendi populos schismaticos contulit: ii enim populi secundum sententiam auctoris »tam opulenta et delicata regna, sicut iniusti possesores occupant«. Pari modo inclinatio eius animi ad Ungariam et praecipue Poloniam catholica orthodoxia earum nationum explicanda est, cum animus alienus, quem erga Bohemos ostendit, ex oppositione, quam reges Bohemiae consiliis Curiae papalis in Ungaria faciebant, [4]) intellegatur. Terras, quocumque tempore a catholicis occupatas, Anonymus secundum opinionem coaetaneorum pro dominio legitimo principum catholicorum habet, qua de causa imperatores Byzantini usurpatores [5]) ei esse videntur, qui legitimum possesorem Carolum Valesium ex possessione deturbave-

[1]) Vide etiam »De consilio et ratione tractatus« p. XXIX et sequ.
[2]) e. g. f. 70^b et 72^b. [3]) Doc. armén. II p. CLII.
[4]) Cf. Bachmann: Gesch. Böhmens I. 702 et sequ.
[5]) »Michael paleagius... usurpaverat sibi imperium Constantinopolitanum« (f. 66^a).

rint, imo etiam insulas, quas eo tempore Veneti aut alii Latini tenebant, ille quidem imperatori vindicat. [1]) Quae cum ita sint, tamen cum ille facta enarrat vel res prout exstant describit, fatendum est, illum cum conscientia falsam descriptionem vel inaccuratam explicationem rerum sive actarum sive ad eventum nondum perductarum non proposuisse. Omni enim loco totam veritatem sibi cognitam legentibus praebere conatus est, ita ut, cum de rege Urosio tam sibi inviso narraret, tres versiones de eius ad regiam dignitatem ascensu commemoraret. [2]) Pariter etiam etsi Ungarorum ob partes, quas ipsis in politica ratione reservabat, valde studiosus esset, tamen de crudelitate nobilium [3]) et de praedationibus, quas tempore bellorum admittunt, [4]) minime tacet.

Pari modo atque alii eius aetatis scriptores Anonymus omnes notitias mythologicas, aut facta quae in scriptis aliorum repperit, diligentissime repetit; quin nomen auctorum commemorat. Quamvis tamen ita plura exscribat, non pariter omnibus documentis fidem praebet. [5]) Ingenii acumen quoddam etiam ei adiudicandum est; nam cum describit populos ipsi experentia notos, multa minuta et curiosa indicia dat, ut e. g. de moribus Albanorum et Serborum etc.; de his etiam populis de quibus, ut putamus, ab aliis doctus est, ut de Polonis et Bohemis, praecipue res memorabiliores adnotavit. Res ad vitam hominum spectantes minime ab eo alienae sunt; omni enim loco studium victus et potus ab eo ostentatum observatur, [6]) qua de causa etiam praeter largitiones imperatorum Graecorum legatis impertitas [7]) nullam aliam virtutem eorum memoria dignam esse putavit.

[1]) »Que sunt et deberi esse imperatoris grecorum« (f. 68^a).
[2]) f. 71^{a-b}. [3]) f. 74^a. [4]) f. 74^b.
[5]) »Computantur ab expertis... sed nos non credimus (f. 68^b).
[6]) e. g. f. 71^a, 73^b, 76^a. [7]) f. 69^a.

Si Anonymi ingenium cum indole aliorum eiusdem aetatis scriptorum, praecipue qui studio et operibus proximi ei sunt, comparare volumus, facile concedemus intelligentiam eius inter istos eminere et e. g. ingenio Petri de Dubois [1]) praeferendam esse. Cum antem, ut supra iam adnotavimus, totum ingenium, studia et zelus Anonymi maximam similitudinem cum indole auctoris »Directorii ad passagium faciendum« scil. Pseudo-Brocardi referat; immo cum multa indicia et sententiae communes utrique auctori reperiantur, [2]) coniectura ipsa se offert, Anonymum nostrum unam personam fuisse cum pariter anonymo auctore »Directorii ad passagium faciendum«, quem eundem cum Guillelmo Adam fuisse, Kohler [3]) nobis iniuste coniecisse videtur. Cum vero praeter similitutidines differentiae quoque inter illos duo tractatus nonnullae appareant, [4]) nolumus in illa coniectura insistere; sufficiat dicere, auctorem tractatus nostri fuisse aliquem monachum gravitate et zelo catholico conspicuum, qualis scilicet fuit ipse Pseudo-Brocardus. Utrumque pariter rerum publicarum scientia et ingenii acumine praeditum fuisse, quamquam ambo propter odium schismaticorum, nonnunquam res, quae fieri non poterant, postulaverint.

2. De fontibus scriptis et testibus auctoris.

Anonymus saepenumero ipse in contextu tractatus ostendit, se fontibus scriptis in componendo opere uti et

[1]) Vide opinionem Ch. Langlois de Petro de Dubois in Lavisse, Hist. France III p. 289/290.

[2]) Doc. armén. II p. 382, 388 (stylus auctoris), 407, 412, 415, 416, 420, 424, 433, 478, 479, 481, 484.

[3]) Doc. armén. II p. CLIV et sequ.; vide etiam p. CXCI; praecipue enim mansio Guillelmi Adae Constantinopoli a. 1307 plus quam dubia esse videtur.

[4]) V. g. cum Pseudo-Brocardi operis p. 436, 482—84; denique

notitias suas ex variis operibus aliorum desumere; diversa enim eius dicta, e. g. »ut referunt experti«, »computantur ab expertis... sed nos non credimus«, »secundum alios« etc. probant, plura opera inter fontes eius consideranda esse. Praeterea multae fabulae, quas narrat, digressus, quos facit, iam primo conspectu monstrant, auctorem notitias suas tam diversas ex antiquioribus operibus hausisse. Nullo tamen loco fontes suos, scil. opera vel auctores directe nominat; si autem Plinium [1]) et alibi Acta apostolorum [2]) ut fontes commemorat, hi loci, quos citat, non sunt directe ex fontibus ab auctore nominatis deprompti, sed ex aliis compilationibus ad verbum transcripti [3]).

Diversitas notitiarum ab aliis receptarum fabulosaque earum species encyclion disciplinam medii aevi, tam in diversis fabulis abundantem, fontem auctoris fuisse indicant. Exploratione auctorum eius generis, qui saeculo tertio decimo antiquiores in medio aevo vulgati erant, facta, statuendum est, nullum eorum — Isidoro Hispalensi ad tempus praetermisso — nec Paulum Orosium [4]), Hrabanum Maurum [5]), Hugonem de St. Victore [6]), Honorium Augustodunensem [7]), neque auctores plurium Imaginum mundi (»Image du monde«) [8]) inter fontes ab auctore nostro adhibitos recensendos esse. Et facile intellegi potest in primis inter opera, quae tunc temporis, utpote quae recentiora essent, in manibus doctorum versabantur, praecipue Vincentii Bellovacensis

etiam auctor noster Constantinopolim ante a. 1308 oculis suis non cognoverat.

[1]) f. 70ᵃ. [2]) f. 68ᵃ. [3]) Vide infra p. XX.

[4]) Historiarum adversus paganos libri VII, rec. Zangenmeister (Corp. script. eccl. lat. vol. V).

[5]) De Universo libri XXII (Migne: Patrologiae cur. CXI); vide lib. XII c. IV, V.

[6]) De Anima (Migne: Patrologiae t. CLXXVII); vide p. 270 et sequ.

[7]) De Imagine mundi (Migne: Patrologiae t. CLXXII).

[8]) Cf. Histoire litter. France XXIII p. 287.

(de Beauvais) opera [1]), quae apud coaetaneos tanta fama celebrata sunt, consideratione digna esse. Et re vera complures locos — in nostra editione scriptura distracta impressos — invenimus, qui ad verbum in diversis partibus operum Vincentii Bellovacensis occurrunt; imprimis concordantia maxima notitiarum inter auctoris nostri opusculum et primum librum »Speculi historialis« exstat. Cum tamen maior pars huius sectionis »Speculi historialis« ex Isidoro Hispalensi (id est ex »Etymologiarum libris XX«) [2]) transcripta sit, non facile est quaestionem solvere, utrum Anonymus notitias suas ex compilatione Vincentii Bellovacensis, an ex fonte eiusdem, scil. ex »Etymologiis« sumpserit. Difficultas crescit illis tribus diligenter inter se collatis, praecipue cum praedicatum insulae Meli ut »rotundissimae« quod apud Isidorum [3]) et in nostro tractatu [4]) invenimus, nunc in praesenti statu multarum editionum »Speculi historialis« et »Speculi naturalis« Vincentii Bellovacensis desit. Nihilominus non assentiemur hypothesi de Isidoro Hispalensi Anonymi fonte proximo; nam aliae et vix aliunde cognitae notitiae, ut e. g. de philosopho Minodimo Rhodio solum apud Anonymum [5]) et Vincentium Bell. [6]) inveniuntur. Quae notitia tantummodo ex opere Vincentii Bell., qui hoc loco »ex auctore« i. e. ex propria scientia et non ex fontium auctoritate scribit, sumpta esse potuit. Itaque secundum probabilitatem Anonymus opera Vincentii Bellovacensis cognita habuit et ea in tractatu suo, quemadmodum ei possibile erat, secutus est. Quamquam eaedem notitiae geographicae in »Speculo historiali« et »Speculo naturali« Vincentii Bell. reperiuntur, singula tamen potius »Speculum historiale« ut fontem

[1]) Bibliotheca mundi sive speculum maius ed. fr. Benedictini; Duaci MDCXXIV.

[2]) Ed. Migne: Patrologiae t. LXXXII (Lib. XIV) p. 495—526.

[3]) Etymolog. lib. XIV c. VI.

[4]) f. 68ª. [5]) Ibid. [6]) Specul. mai. lib. V c. 2.

Anonymi habere nos iubent. Quoniam vero haec diversitas notitiarum nos ad opinionem adduxit, Anonymum ex scriptis aliorum quoque hausisse, id est in quadam bibliotheca conventuali tractatum suum composuisse, nolumus excludere, auctorem nostrum simul Isidorum Hispalensem et Vincentium Bell. ante oculos habuisse, eo magis, quod apud ipsum Vincentium in nota marginali notitiam de origine illarum notitiarum scil. ea ex scriptis Isidori provenire, legere potuit. Inde quoque statuendum est, Anonymum ipso »Speculo historiali« Vincentii Bell., non vero summario eiusdem, quod inscribitur s. t. »Memoriale omnium temporum« [1]), neque compilatione Adami Claromontensis s. t. »Flos historiarum« [2]), quae circa 1272 ex Vincentio Bell. et Gerardo de Francheto facta erat, usum esse. Denique cum notitiae Vincentii de his rebus amplissimae sint, nolumus Anonymo usum Honorii Augustodunensis [3]) attribuere, nam omnes loci communes et auctori nostro et Honorio iam apud Isidorum reperiuntur.

Anonymus tamen his, quae a Vincentio mutuatus est, contentus non fuit, sed etiam minuta aliqua ex opere Bartholomei Anglici »De proprietatibus rerum« [4]) in tractatum suum adduxit. Bartholomeus Anglicus, qui prius, falso quidem, saeculo XIV scripsisse credebatur, nunc post inquisitiones a L. Delisle, H. Felder [5]) et A. Schönbach [6]) factas sine ullo dubio saeculo XIII attribuendus est; eiusdemque opus encyclion in magna aestimatione apud coaetaneos fuit. Ex

[1]) Bibliothèque nationale Paris. msc. lat. 4936 f. 1—48ᵇ.

[2]) Ibidem msc. lat. 4907. [3]) Migne: Patrologiae t. CLXXII,

[4]) Multae editiones; usus sum incunabulis, de quibus vide Hain: Repertorium nr. 2508—10.

[5]) Geschichte der wissenschaftlichen Studien im Franciskanerorden bis in die Mitte des XIII J., Freiburg, 1904; p. 248 et sequ.

[6]) Des Bartholomaeus Anglicus Beschreibung Deutschlands gegen 1240. in Mitteil. d. Inst. f. österreich. Geschichtsforsch. XXVII p. 55 et sequ.

hoc auctore, qui saepenumero de fontibus suis mentionem facit, partes descriptionis Albaniae et »insulae« Mytilenes desumptae sunt, qua de causa in his locis Plinius et Acta apostolorum laudantur; praeterea in aliis etiam locis narratio Anonymi ad redactionem Bartholomei Anglici accedit. Statuenda est etiam affinitas quaedam Anonymi cum alio magno opere encyclio saeculi XIII, scilicet »Otiis imperialibus« Gervasii Tilburensis. Nullo quidem loco apertam similitudinem invenimus; nonnullae notitiae tamen, ut de Danubio [1], de flumine Wandalo [2]) etc. ambobus sunt communes, qua de causa Anonymum Gervasii Tilburensis opus cognovisse pro certo staret, nisi pari modo concedendum esset in his notitiis communibus supellectilem scientificam hominum litteratorum et scholarum huius temporis praesto esse posse. Similiter notitiis, quae vulgo circumferebantur, aut fontibus scriptis narratiuncula de beato Andrea martyre attribui potest. Quod ad formam notitiae attinet, quae in tractatu praebetur, scil. aliqua ex parte a narratione apud Vincentium Bellovacensem differens [3]), ipsa ut fontem indicare videtur Gregorii Turonensis »Librum de miraculis b. Andreae apostoli« [4]), quod opus facile clerico Gallico notum esse potuit. Denique aliud etiam opus geographico-historicum, i. e. »Florem historiarum terre Orientis« [5]) Haytoni de Curchi ipse auctor laudavit; propter differentiam tamen materiarum ex hoc opere, ut ipse auctor testis est, nihil in nostrum tractatum translatum est. Quales praeterea fontes scriptos Anonymus cognoverit, iam ex ipso eius statu clericali facile constat. Ex diversis partibus Scripturae sacrae, id est ex Apocalipsi

---

[1]) Leibnitz: Scriptor. rer. Brunsvicen. II, 764 et M. G. H. S. S. XVVII, 371; Tract. nostri f. 65[b].
[2]) Vide f. 75[b] et infra. [3]) Vide Spec. hist. IV c. 73 et IX c. 90.
[4]) M. G. H. S. S. Meroving. 845.
[5]) Ed. Rec. hist. Crois. Doc. armén. II, 255—363.

St. Johannis [1]) et Epistulis Apostolorum [2]) se nonnulla hausisse, ipse indicat. Similiter, ubi natus sit sanctus Martinus, verbis Vincentii Bellovacensis [3]) aut »Legendae Aureae« Jacobi de Voragine [4]) commemorans, Breviarium Romanum [5]) ut fontem indicavit.

Quamquam opera supra laudata sat amplam eruditionem Anonymi fuisse perhibent et simul latum fundamentum ad investigandos eiusdem fontes suppeditant, multae tamen fabulosae notitiae in tractatu inveniuntur, quarum res et forma fontes alios prae se ferre videntur. Non contigit nobis tamen in operibus magis notis tractatu nostro antiquioribus, his notitiis originem certam adsignare. Nolumus dicere, hos fontes scriptos omnino non exsistere, cum hodie etiam magna pars diversarum imaginum mundi, speculorum, aut aliarum compilationum nondum sit edita, nec probabiliter unquam fore, ut typis imprimatur [6]). Cum vero hae notitiae in tam ampla compilatione Vincentii Bellovacensis non inveniantur, haud dubitanter dicere possumus, easdem ad vulgatas fabulas pertinere, vel ipsius auctoris nostri eruditioni esse attribuendas. Ut hoc dictum nostrum probemus, adnotandum est, Anonymum in describendis factis, quae fontibus scriptis traduntur, nonnunquam ea ad verbum repetivisse, nonnunquam vero ex libidine formam, ordinem et ipsum textum immutavisse; qua de causa probabile nobis videtur, eum nonnunquam nimis memoriae suae confisum esse.

Quomodo notitiae eius modi ab Anonymo ipso fingi potuerint, exemplis idoneis explicare conabimur. Sic nomen Africae, contra totam scientiam medii aevi, ex no-

---

[1]) C. I. v. 11.
[2]) Ad Ephesios, ad Corinthios, ad Galatas, ad Philippenses.
[3]) L. XVIII c. 10. [4]) Ed. 1890, p. 741. [5]) p. 911.
[6]) E. g. Lamberti Audomarensis: Liber floridus; summam rerum vide apud Migne: Patrologiae CLXIII p. 1004—1031.

mine reginae, filiae regis Libani, deducitur [1]). Cum tamen
antea nomina Asiae et Europae, Vincentio Bellovacensi
auctore [2]), ex similibus nominibus reginarum harum par-
tium oriunda auctor asserat, maxime probabile nobis vi-
detur, Anonymum originem nominis Africae non ex ullo
fonte desumpsisse, sed ad nomen Africae, mendose in lo-
cum nominis Libyae substitutum [3]), analogam ethymo-
logiam transtulisse. Aliud exemplum praebet narratio cae-
teroquin prorsus incognita de stabulo equi Bucephali [4]),
quod Philippis erat: expressio enim auctoris: »(Philippis)...
apparet tamen adhuc stabulum marmoreum« indicat eum
hoc loco fabulosam traditionem Philippensem, aut potius
aliquam narrationem sequi. Tertium, et quidem magis di-
gnum, quod laudetur, exemplum, est notitia tractatus de
ortu astrologi sive geographi Ptolemaei ex insula Rhodo! [5]).
Fontes, qui nobis notitiam de ortu et vita Ptolemaei prae-
bent, aut graeci aut arabici sunt [6]). Opus Arabis Abul-
wafae (Abûl Wafa M. b. al Buzgani), qui ipse Alexandriae
Ptolemaeum natum esse putabat, primo dimidio saeculi
XIV in Italia ab Johanne de Procida in linguam latinam
translatum est. Porro in praefatione huius translationis
J. de Procida mendose est commemoratum »(Ptolemaeus)
fecit suas rationes super considerationibus abrachis, quos
consideravit in Rhodes« [7]). Cum autem Johannes de Pro-
cida familiaris regum Neapolitanorum esset [8]), et Anony-

[1]) f. 65^a. [2]) Lib. I, 63, 71.

[3]) Isidorus Etymol. l. XIV c. V »Lybiam... qui postea in Africa regnum possedit«.

[4]) f. 65^b.

[5]) Cf. Boll: Studien über Claudius Ptolemaeus. Jahrb. f. Philologie. Suppl. XXI, 1894 p. 53 et sequ.

[6]) Renzi: Collectio Salernitana III. 130/1; Boll: Studien. 58.

[7]) Boll: Studien l. c.

[8]) Haec translatio Abulwafae in usum regis Roberti Andegavensis facta est.

mus aliquam necessitudinem cum hac familia haberet [1]),
nonne possibile sit, notitiam Anonymi immutatum dic-
tum Johannis de Procida esse? — Nolumus has similitu-
dines urgere, sufficiat solum, ut in supra relatis exemplis
demonstrare conati sumus, dicere, nonnullas fabulosas noti-
tias Anonymi aut eius figmenta aut repetitiones commu-
nium fabularum esse; qua de causa Anonymus etiam ad
encyclion disciplinam medii aevi cognoscendam nonnulla
nova praebet.

Fontibus scriptis Anonymi exploratis et hoc modo
partibus extrinsecae originis sepositis, ad notitias auctoris
proprias, quae solae maiorem valorem tractatui eius de-
derant, adgredimur. Quae notitiae in duas partes dividen-
dae sunt, scil. res, ab eo ipso visas et observatas, et eas,
quae ei solum ex narratione aliorum testium notae sunt.
Minime enim dubium esse potest, quin Anonymus ipse in
Europa Orientali i. e. in Albania, Serbia et Ungaria ali-
quod tempus versatus sit. Primum quod ad Albaniam
attinet, certum nobis videtur, illum aut aliquod tempus
ibidem mansisse, aut per hanc terram in Serbiam iter fe-
cisse. Quae res confirmatur modo, quo Albaniam describit,
praecipue cum narrat, Albanos faciliter in puros catholi-
cos esse convertendos [2]), pannos suos a Dyrrhachio (Du-
razzo) afferre [3]), magnos fures esse, qui »de nocte discur-
runt sicut et de die« [4]), linguam ab omnibus distinctam ha-
bere [5]) etc. Pariter narratio auctoris: »De Apulia et de ci-
vitate brundesina [vna] nocte potest transiri in duracium« [6])
indicare videtur, ipsum hac via iter fecisse et ab Italia
meridionali, ut in usu erat, per Albaniam Serbiam pe-
tivisse. Nam ex modo describendi Serbiam similiter se-
quitur, illum hanc terram accurate cognovisse et probabi-
liter ipsum ibidem variis negotiis operam dedisse, quia de

[1]) Vide p. XXVIII et infra. [2]) f. 70^a. [3]) f. 69^b.
[4]) f. 69^b. [5]) f. 70^a. [6]) Ibid.

populo et personis eius terrae cum ira et odio scribit. Si vero mansionem auctoris in Serbia locis afferendis probare conaremur, tota pars tractatus, hanc descriptionem continens [1]), repetenda nobis esset. Certum enim videtur tam exactas notitias de situ et forma terrae, de condicione lamentabili ecclesiae catholicae, de haereticis fugitivis, de forma villarum, hominum et equorum, de differentibus mensuris et temporibus, de tribus versionibus, quae ad regnum a Stephano fratri traditum attinent, de septem argentifodinis etc. etc. solum longiore mansione ipsius auctoris in Serbia esse explicanda. Nec invita Minerva fingeret aliquis auctorem necessitate quadam cum regibus Urosio et Stephano [2]) coniunctum esse indeque originem habere, tum accuratam cognitionem Serbiae, tum invidiam, qua in Urosium ardet. Quae loca Serbiae auctor ipse peragraverit, certe enumerare non possumus; evidenter tamen apparet eum parvam partem cum regni quod hodie Montenegro dicitur, tum septentrionalis Albaniae cognovisse; nam de statu populorum et de Antibaro, quod »distat a littore maris ad unam [paruam] leucam« [3]) bene doctus est. Ab eodem etiam Antibaro, narrat auctor, una nocte in Barum pervenire possibile esse [4]), in qua indicatione vestigia experientiae eiusdem nos reperire credimus. Cum autem tunc temporis Serbia apud Occidentales minime nota esset (qua de causa etiam in hac parte tractatus nulla excerpta e scriptoribus, qui antecesserunt, reperimus) in narratione Anonymi de Serbia narrationem testis oculati Occidentalis habemus.

Ex aliis descriptionibus, quas auctor in tractatu dat, sequi videtur, eum partem Dalmatiae, Antibaro proximam, et partem Ungariae suis oculis cognovisse. Quamquam eius

[1]) f. 70b—72a: De regno Rasie.
[2]) Vide e. g. »alii dicunt et hoc idem Rex Stephanus fatetur«.
[3]) f. 70b. [4]) Ibid.

notitiae de Ungaria in universum exactae sunt, e. g. nomina 21 fluminum, 16 provinciarum, 12 civitatum, nullo loco Anonymus suam praesentiam in hac terra prodit, praeter locum, ubi agit de marmoreo monumento, quod post victoriam Hunnorum cum descriptione praefatae victoriae erectum, »adhuc... usque in hodiernum diem« [1]), i. e. ad tempus auctoris, perseveravit. Praeterea tamen notitiae, quas de partibus Ungariae Serbiae adiacentibus habet, ut sunt singula quae de Ungaris, de eorum figura, de equis, de modo administrandi imperii [2]) etc., adnotavit, nostram opinionem de eius praesentia in his partibus corroborare videntur. Aliunde opinio, quam habet, in Ungaria »omnes ducatos... banatus iuxta vulgare vngaricum« [3]) appellatos esse et enumeratio fluminum Ungariae meridionalis [4]) indicant eum ex Serbia cuiusdam negotii tractandi causa etiam Ungariam meridionalem attigisse. Nolumus tamen dicere, eum totam Ungariam, quam ipse pro valde lata et maxima terrarum habet, pedibus peragravisse; solummodo putamus, partem notitiarum, quas habet de Ungaria, ex observatione provenire.

Nonnullas alias non ex scriptis aliorum transcriptas, sed a diversis testibus, qui terras Orientalis Europae cognovissent, acceptas et consignatas fuisse, putamus. Quo modo Anonymus ad notitias de populis et regionibus, quas ipse non viderit, pervenerit, optime ex eius descriptione Constantinopolis et regionum circumadiacentium elucet. Quamquam enim negandum non est, eum de ipsa civitate

[1]) f. 73a; de hoc monumento etiam Keza (ed. a. 1833 p. 20) et Thwrocz (Schwandtner, Script. rer. Hungar. II, 73) narrant.
[2]) f. 74a—b.
[3]) f. 74b; significatio »banatus«, qui ditionem a bano (ex illirico Bojan aut slav. Pan) gubernatam designat, solum ad ditiones seu ducatus Ungariae meridionalis et orientalis, Bosniae, Croatiae etc. applicabatur.
[4]) f. 73b.

Constantinopoli, de palatiis eiusdem, de vita et moribus aulae imperialis, de hospitalitate erga legatos exterarum gentium etc.[1]) bene doctum esse; attamen invenimus praeterea sententias, quae apud testem oculatum suspectae videntur, scil. e. g. »circa constantinopolim est castrum quoddam, quod vocatur Galatha«[2]), »circa portum istum (Constantinopolitanum) de uoluntate imperatoris ianuenses tenent duas civitates quarum una vocatur trapason et altera senopi«[3]). Quamquam enim verum est, Galatham prope Constantinopolim sitam esse et hoc tempore a Genuensibus ut castrum occupatum fuisse[4]), difficile esset auctori nostro de hac parte Constantinopolis, ut de »quodam castro« dicere, si ipse ibidem aliquando vixisset. Pariter si ipse Constantinopoli fuisset, non potuisset narrare, Trapezuntem et Sinopen iuxta portum Constantinopolitanum esse, quamvis recte dicat, in his partibus Ponti Euxini (scil. Trapezunti) factorias Genuensium, quae commercium cum Constantinopoli faciebant[5]), fuisse. Haec omnia facillime solventur, modo accipiamus, Anonymum haec omnia a teste oculato, qui Byzantii fuerat, audivisse, tamen non semper omnia bene memoria retinuisse. Haud dubium nobis videtur, quin testis, qui pro fonte auctori nostro fuisset, aliquis legatus Constantinopolim missus fuerit, cum de modo recipiendi legatos exterarum gentium et de moribus aulae imperialis imprimis optime doctus sit. Probabiliter etiam post colloquium cum hoc incognito legato Constantinopoli redeunte factum, auctor hanc curiosam narratiunculam de legatis mansionem suam Constantinopoli producentibus ob lauta convivia et innumera blandimenta[6]), notavit.

---

[1]) f. 68^b et 69^a. [2]) f. 66^a. [3]) f. 65^b.

[4]) Pseudo-Brocardus in Doc. armén. II p. 407; G. Hertzberg: Geschichte des byzant. u. des osmanisch. Reiches. 1883 p. 449.

[5]) De situatione Genuensium Trapezunte et de certaminibus imperatoris Alexii II cum eis a. 1306 cf. Hertzberg, Gesch. byzant. u. osman. Reiches, p. 468. [6]) f. 68^b.

Pariter notitias Anonymi de Asia minori, Graecia cum Peloponneso, insulis maris Aegei, pro rebus ab aliis auditis habemus. Parvi refert, utrum testis auctoris nostri, qui eum de his partibus docuit, idem fuerit legatus Constantinopolim missus aut alius; hoc solum dicere sufficit, ipsum testem et fontem auctoris de his partibus bene et accurate doctum non esse. Qua de causa in hac parte tractatus plurima excerpta ex scriptis Vincentii Bellovacensis invenimus et solummodo aliquae notitiae de monachis, de statu possesionum Latinorum tempore auctoris nostri maiorem valorem habent. Attamen in hac parte notitia maioris momenti de Blachis, i. e. Valachis, qui in Graecia erant[1]), invenitur, quam relationi eiusdem testis, qui per has gentes iter fecit, attribuendam esse putamus. Similiter narrationem auctoris de Bulgaria et Ruthenia dictis aliorum, qui imprimis de Ruthenia parum docti erant, adscribimus. Res ab auctore de Bulgaria narratae tantummodo eius mansionem in Serbia probant; primo enim conspectu animadvertere possumus, auctorem notitias solum de partibus Occidentalis Bulgariae, Serbiae adiunctis, habere, qua de causa etiam Vidinum pro sede regni et familiam Šišmani (»cysmani«) pro regnatrice tenet[2]). Eodem modo narratio auctoris de Ruthenia re vera solum res ad partem Rutheniae, Ungariae adiunctam, i. e. ad ducatum Galiciae pertinentes, continet[3]).

Res ab auctore de Polonia et Bohemia narratas alteri testi sive fonti attribuendas esse putamus. Quis vero fuerit testis ille, quem sequitur Anonymus, cum de his partibus Europae Orientalis, et etiam de ipsa Ungaria sermonem habet? Optimo iure illum fuisse vel aliquem Ungarum vel hominem ibidem longius moratum conicere possumus. Apparet etiam hunc testem, ut opinamur, partes

---

[1]) f. 67^a. [2]) Cf. notas in descript. Bulgariae.

[3]) Cf. notas in descript. Rutheniae.

Caroli Roberti secutum esse; hinc eius inclinatio animi ad Poloniam [1]) et animus a Bohemis aversus [2]) optime explicarentur. Ceteroquin testis ille in historia Polonorum et Bohemorum in universum versatus, praecipue tamen de ordine ecclesiastico Ungariae, Poloniae et Bohemiae bene doctus esse videtur; idem etiam testis probabiliter auctorem nostrum de modo, quo Ungari dominationem in Bulgariam et Rutheniam affectabant [3]), docuit. Cum autem auctor noster fere ubique de rebus ecclesiasticis notitias accuratas habeat, testes eius clericos fuisse concludendum est. Facile enim est intellegendum auctorem, cum peregrinaretur, in commercio cum aliis fratribus sui ordinis fuisse.

Postremo nonnulla indicia, praecipue genealogiae, in quibus cum magna acribia cognationes domus regalis Franciae et Andegavensium cum principibus partium Orientalium enumerat [4]), tum narratio de foedere et testamentis principum Andegavensium, alia denique e. g. de canonisatione beatae Margarethae [5]), de denario sancti Petri apud Polonos [6]) etc. propriis notitiis auctoris, quas ratione consuetudinis cum eis familiis principum et curia Romana collegerat, sunt attribuenda. — Etsi ergo non semper nobis contigit omnia testimonia sive scripta sive oralia Anonymi certe investigare, nihilominus putamus superiore disquisitione nos demonstravisse, unde, quomodo, quibus viis et rationibus auctor ad has differentes notitias de populis

---

[1]) Ladislaus Łokietek, hoc tempore dux magnae partis Poloniae, a curia Romana simul cum Carolo Roberto contra Regem Bohemiae Wenceslaum II protegebatur (vide etiam Caro: Gesch. Polens II p. 13—16).

[2]) De petitione coronae Ungariae a rege Wenceslao II pro filio suo contra Carolum Robertem vide Bachmann: Gesch. Böhmens I p. 702 et sequ.

[3]) f. 72[b] et infra notae. [4]) f. 74[b], 75[a].

[5]) f. 75[a]. [6]) 75[b].

et ditionibus terrae Orientis, minime apud Occidentalibus notis, pervenerit.

3. De consilio et ratione tractatus de eiusque auctoritate.

Tractatum Anonymi adhuc praetermissa observatione rerum politicarum eius temporis in Europa consideravimus, nunc vero, priusquam aliquid de consilio auctoris dicamus, status rerum et quaestionum politicarum temporis, quo tractatus scriptus est, examinandus est. Quo animum nostrum advertere debeamus, optime ipse auctor indicat, cum saepenumero oculos ad »dominum karulum« dirigit et eundem multis locis commemorat. Ex ratione enuntiationum, ex commemoratione matrimonii filii Caroli cum filia regis Urosii [1]) ineundi, ex mentione de exercitu eius in Macedonia [2]) etc. nullo modo dubitandum est, quin hic »dominus karulus« princeps Carolus Valesius (Valois), Philippi IV regis Francorum frater, rex Aragoniae appellatus [3]), vir, secundum opinionem coaetaneorum militiae peritissimus [4]), fuerit. Idem Carolus Valesius ratione matrimonii cum Catharina de Courtenay, nepte ultimi Latini imperatoris Constantinopolitani Baldvini II [5]), se legitimum imperatorem Romanum esse censebat. Quamquam illud matrimonium iam a. 1301 [6]) initum est, Carolus Valesius demum ab anno 1306 iura sua ad effectum perducere conari coepit, et re vera hoc tempore, id est secundo dimidio anni 1306, per a. 1307 et ineunte a. 1308 fortiter subsidia et ipsam expeditionem

---

[1]) f. 75[a]. [2]) f. 67[a].

[3]) Vide eius vitam et diversa, semper infesta, tentamenta, apud J. Petit: Charles le Valois, evoluta.

[4]) Vide caput a Funck-Brentano in La Grande Encyclopédie (t. X, 732) scriptum.

[5]) Petit: Charles, p. 53.

[6]) 28 ianuarii 1301 in Noviento celebratum (Petit p. 56),

in Graeciam praeparabat [1]. In hac quaestione non possumus sequi J. Petit, qui hanc totam expeditionem ut dolosam simulationem ad pecuniam papalem extorquendam habet [2], sed potius ad aliam opinionem [3] inclinamur, scil. hoc tempore re vera Carolum expeditionem paravisse [4] et alia multa ad expugnationem Constantinopolis molitum esse. Hoc enim tempore foedus cum Venetis sancitum est adversus Graecorum imperatorem [5] et etiam pacta cum Urosio rege Serbiae et conubium filii Caroli cum Zarica filia Urosii agitabantur [6], ita ut ex toto statu rerum, quem repetere nolumus, evidentissime sequatur, hoc tempore proximam et cum magnis sumptibus preparatam expeditionem in Francia pro maxima et gravissima quaestione habitam esse. Hoc inceptum adversus Constantinopolim una cum aliis gravibus quaestionibus huius temporis in conventu Pictaviensi (Poitiers), cui etiam Carolus Valesius interfuit, primo dimidio mensis Junii a. 1307 [7] a papa Clemente V et rege Philippo IV agitatum est. Censemusque ab hoc tempore, scil. ab ipso conventu praedicto, Caroli Valesii tentamina magis ad exsecutionem perducta esse.

---

1) De hoc incepto Constantinopolitano Caroli de Valois vide: Petit: Charles de Valois p. 106—115; Du Cange: Histoire de l'Empire de Constantinople sous les empereurs français (ed. J. Buchon) p. 129 et sequ. et Rec. Chartes nr. XXVII et sequ.; Jireček: Gesch. Serb. I, 344—346.

2) Charles de Valois, p. 108.

3) Cf. Langlois in Lavisse: Hist. France III p. 295; Jireček: Gesch. Serb. I 344/45.

4) Vide e. g. conquisitionem militis Alain de Montendre »aler oveque lui (scil. Carolo de Valois) et le suir en son voyache prochain de Romanie« (Du Cange. Hist. Const. ed. Buchon nr. XXVII).

5) D. 16 Decembr. 1306; Du Cange: Hist. Constantinople p. 56; Petit, 107.

6) Cf. infra notas; Ubicini: Ugovor o savezu i priateilstvu medžu Karlom od Valoa i poslanitzima Srbskog kralia Urocha; cf. Bibl. d. Écol. Chart. 1873, p. 116.

7) Petit o. c. 109.

Cum autem non obstantibus frequentibus Francorum cum Europa Orientali et Asia commerciis in Francia et praesertim penes curiam Romanam et principes notitiae de his regionibus paucissimae minimeque completae essent, eo praecipue tempore exactae notitiae de Oriente desiderabantur. Hoc quidem desiderio explicatur tum compositio »Floris historiarum terre Orientis« per Haytonum mense Augusto a. 1307 [1], tum transportatio in Franciam codicis manuscripti operis Marci Poli [2]; eadem etiam inopia notitiarum — ut putamus — causa tractatus nostri componendi initio anni 1308 fuit. Multae enim auctoris ad Carolum Valesium allocutiones, scil. quomodo in Graeciam transire debeat, quid ibidem inventurus sit [3] etc. evidentissime monstrant, tractatum nostrum peculiarem destinationem habuisse, id est vel ad usum Curiae Romanae vel ipsius Caroli Valesii scriptum esse. Iam supra opinionem nostram, scil. auctorem in quadam coniunctione cum Curia papali fuisse notavimus; porro etiam, si constantis cohaerentiae in codicibus nostri tractatus cum Haytoni operae rationem habuerimus, occurret coniectura, opus auctoris nostri communiter cum quodam manuscripto codice operis Haytoni, ut scripta de Oriente ad futuram expeditionem exarata, sive Curiae Romanae sive ipsi Carolo Valesio oblatum esse.

His praemissis facile consilium auctoris nostri intellegi potest. De conatibus Caroli Valesii doctus et rerum in Orientali Europa peritus, opus, quod iis, qui participes forent futurae expeditionis Caroli Valesii, confecit, in quo status regionum, populorum et religionum illarum partium describeretur. Ipse enim auctor manifeste dicit, se has partes Orientis, quas Haytonus (qui ex mandato papae opus suum confecit) non commemoravit, describere voluisse [4],

---

1) Rec. Hist. Crois. Doc. armén. II p. XXV.

2) Delisle: Cabinet des Manuscrits I, 14; Petit: Charles p. 113.

3) f. 69^{b}, 70^{a}. 4) f. 65^{a}.

id est notitias ab illo suppeditatas complere conatum esse. Sed Anonymus non solum notitias praebere, immo etiam consiliis dandis Caroli Valesii animum commovere voluit. Inde a sua in Serbia mansione auctor odium in regem Serbiae Urosium nutriebat; cum ergo videret, Carolum foedus cum sibi tam inviso schimatico inire, omnibus argumentis huic rei obstare conatus est [1]. Alia ex parte aliud consilium, cum principiis catholicis conveniens, proponit: ne cum illo schismatico foedus ineat Carolus Valesius, velint duo catholici principes harum partium, scil. Carolus Robertus rex Ungariae(?) et Carolus Valesius imperator Constantinopolitanus inter se societatem armorum facere; sic enim »de facili haberent et subiugarent omnes illas scismaticas et barbaras nationes« [2]. Tempus quoque praesens, id est verni menses anni 1308 ut opurtunissimum tenet, »dum tamen memoratum regnum ungariae haberet pacem« [3].

Negari non potest, illud consilium Anonymi inter alia et tam multa illius temporis dignum esse, quod consideretur. In tractatu nostro consilium expugnationis et recuperationis Constantinopolis per Francos magna vi et ardore expressum invenimus et hoc prima vice — enuntiatione Raimundi Lulli praetermissa [4] — multum etiam ante Guillelmum Adae, cui primo Kohler hanc cogitationem tanti momenti adscribit [5]. Praeterea tamen ab auctore nostro foedus catholicorum contra omnes schismaticos commendatur, quod etiam ratione foederis duorum principum Gallicorum implicite continetur [6]. Si eam cogitationem auctoris nostri aliis coaetaneorum e. g. Petri de Dubois potiorem ducimus, ea est causa, quod huic opinionem so-

---

1) f. 72^{a}. 2) f. 73^{a}. 3) Ibid.

4) In opere suo »De acquisitione Terrae sanctae« (cf. Hist. litt. France XXIX, 342).

5) Doc. armén. II p. CXCVI. 6) f. 73^{a}.

lidum fundamentum subiacet, ita ut ad verum effectum perduci posset. Ipse auctor ut commoda similis foederis demonstraret, societatem Caroli I Andegavensis, qui exsecutor vindicationum Balduini II erat, cum rege Ungariae commemorat [1]); ex aliis etiam indiciis nobis notum est, cogitationem auctoris nostri apud principes eius temporis examinatam fuisse.

Iam tempore imperatoris Constantinopolitani Henrici et regis Ungariae Andreae II colloquium horum principum circa 1215 habitum est, cuius ratio bellum commune contra schismaticos Serbiae, Greciae etc. gerendum fuisse videtur [2]. Re vera tamen demum post undecim annos a tempore conscriptionis nostri tractatus principes conati sunt cogitationem auctoris nostri ad effectum perducere. Nam Philippus princeps Tarentinus, qui a mense Iulio a. 1313 [3] socero suo Carolo Valesio in iuribus ad imperium Constantinopolitanum successerat, papa Johanne XXII incitante [4], communiter cum Carolo Roberto, rege Ungariae, bellum contra Urosium, regem Serbiae, vel contra omnes inimicos vindicationum Gallicarum suscepit. Hoc etiam nobis magni momenti esse videtur, Carolum Robertum qui usque »ad mare« victoriosam suam expeditionem perducere voluit, ad inceptum suum auxilium aliorum principum catholicorum petivisse et ea de causa papam Johannem XXII in bulla de d. 2 Julii a. 1320 reges Bohemiae et Poloniae ad participationem catholicorum in bello contra schismaticos sollicitasse [5]. Si ergo cum his factis et inceptis annorum 1319/1320 rationem politicam quae in tractatu nostro invenitur, contulerimus, clarum fit, auctorem nostrum hanc raram inter coaetaneos virtutem habuisse, quod su-

---

1) f. 73^{a}. 2) Jireček. Gesch. Serben I. 294/5.

3) Petit: Charles p. 123.

4) In bulla de m. Maio a. 1318; cf. Jireček o. c. p. 352.

5) Theiner, Mon. Hung. I, 470.

um consilium Praedicatoris, invidiae in schismaticos pleni, ad veram rerum condicionem accommodaverit. Cum tamen necessitudinem quandam cum curia Avenionensi habere videatur [1], et in ratione sua politica aliqua ex parte quaestiones, quibus curia hoc tempore occupabatur, tetigerit, haec facta etiam de ratione politica Clementis V, quae secundum communem opinionem ad acquisitionem diversarum terrarum per dynastas Francorum tendebat, aliter iudicare nos sinunt. Nolumus et non possumus hoc loco decernere, utrum in mente Clementis V inter occupationem Constantinopolis, Ungariae et Siciliae, id est inter augmentum potentiae principum Andegavensium et Valesiorum, et ex altera parte impugnationem schismaticorum Europae Orientalis [2] nexus quidam fuerit, aut non; cum tamen hanc cogitationem in tractatu nostro evolutam inveniamus, istud opus maiore diligentia dignum esse videtur.

Consilia, de quibus iam actum est, ipsius auctoris opus et propositum usque ad finem perductum explicant. Nam pro certo habemus integrum opus nos prae manibus habere ideoque corrigendam esse unicam in bibliographia historica de nostro tractatu mentionem, id est opinionem Catalogi Bibl. nation. Parisiensis [3] et C. Kohleri sententiam [4], secundum quam hic tractatus opus imperfectum est. Quamquam tractatui nostro epilogus peculiaris deest, ex dictis auctoris clare apparet eum opus suum usque ad finem perduxisse. Initio enim ipse pronuntiat se in opere suo de imperio Constantinopolitano, de regnis Rasiae, Bulgariae, Rutheniae, Albaniae, Ungariae, Poloniae tractaturum esse [5], quarum omnium regionum (addita etiam praeterea Bohemia) descriptionem perfectam

[1] Cf. supra.

[2] Quod etiam vim in concludendo matrimonio Catharinae de Courtenay habuit (cf. Petit. Charles p. 53).

[3] Pars III, T. IV, p. 126. [4] Doc. armén. II p. XCVII.

[5] f. 65ª.

in opere eius invenimus. Et sic plus etiam quam pollicitus erat, dedit. Ipsa conclusio rhetorica desideratur et ultimum caput, sicut omnia praecedentia, desinit his verbis: »haec (de Boemia) sufficiant«.

Saepenumero editores fontium, quos a se repertos prima vice edendos susceperunt, iisdem nimium pretium attribuere solent. Quamquam hanc vituperationem vitare volumus, aliquid de auctoritate notitiarum in tractatu nostro occurentium dicemus. Iam superius animadvertimus, auctorem in universum notitias fide dignas et veras in opere suo dedisse et solum de rebus bene sibi notis scripsisse, ita ut in toto tractatu solum duas notitias simpliciter falsas inveniamus, scil. supra commemoratam notam de Trapezunte et Sinopi, quas penes Genuenses fuisse dicit [1], et notitiam de matrimonio »nunc« facto Caroli Roberti cum filia »magni ducis« Rutheniae Leonis [2]. Quomodo in primum errorem inciderit, iam supra demonstravimus; superest nunc ut de altero inquiramus, ideo magis, quod auctor in toto opere praecipue de affinitatibus et conubiis principum domus Gallicae se exacte et bene doctum praebeat. Carolus Robertus, rex sive candidatus ad coronam Ungariae, re vera hoc tempore, id est circa 1306, conubium cum principe slavica iniit, id est cum Maria, filia Kazimiri II ducis de Bythonia (Bytom, Beuthen) [3], nunquam tamen cum filia ducis Rutheniae. De hoc matrimonio pauca accepimus; causa vero eo minus clara est, quod Carolus Robertus, coronam Ungariae sibi vindicans, societate indigebat magis valida, quam ea, quae ipsi assurgere poterat ex foedere cum aliquo duce Silesiae. Mater eiusdem principissae Mariae fuit Helena [4],

[1] Vide supra. [2] f. 72ᵇ.

[3] Grotefend: Stammtafeln der Schlesischen Fürsten, tab. V et p. 46; Fessler-Klein: Gesch. Ungarns II, 61.

[4] Nupta Kazimiro II ante mense aprili 1283, mortua ante a. 1322; Grotefend: Stammtafeln V, 9.

cuius solum nomen in aliquo documento occurrit. Cum tamen nomen istud Helena originem ex familia ducum Rutheniae indicare videatur [1]) et cum aliunde auctor noster de conubiis ducum Andegavensium bene doctus sit, nonne possibile est, Carolum Robertum, cuius matrimonium auctor commemorat, non filiam quidem, sed potius neptem Leonis, ducis Rutheniae (scil. ducis Galiciae) [2]) uxorem duxisse? Praeter has duas notitias erroneas, alia indicia auctoris nostri exacta esse videntur, quamvis iam ex iis, quae de eius fontibus diximus, conspici possit, eum non de omnibus regionibus eodem modo doctum esse. Qua de causa nonnulla minus accurata in opere eius inveniuntur, e. g. de duce Rutheniae Leone [3]), de anno coronationis regis Poloniae [4]), de nominibus ducatuum eiusdem [5]), de filio »secundo genito« Alberti I etc. [6]). Haec omnia tamen, cum diversitatem populorum et regionum ab auctore descriptarum consideramus, nequeunt opinionem nostram irritam facere, scil. tractatum nostrum fontem locupletem et in indiciis suis exactum esse.

Clarum est non omnibus partibus tractatus eandem fidem eundemque valorem adsignanda esse; sic enim partes tractatus regiones Asiae Minoris et insulas Maris Mediterranei describentes minoris sunt pretii, utpote quae ex magna parte ex scriptis aliorum depromptae sint, quamvis tamen his partibus etiam nonnulla memoria digna inveniantur. Iam ex exploratione fontium auctoris sequitur, maximum pretium eis partibus adscribendum esse, quae in observationibus ipsius nituntur, quod pertinet ad Albaniam, ex parte ad Ungariam, praecipue tamen ad Serbiam. Auctoris nostri de hac terra testimonia, quae cete-

[1]) »imię żony Kazimierzowej (Helena) zdaje się wskazywać na pochodzenie ruskie« Balzer: Genealogia Piastów p. 184.

[2]) Etiamsi inter nomina asservata progeniei Leonis (M. Hruszewskij: Istorja Ukrainy-Rusy t. I, tab. gen.) nomen Helenae non ocurrit.

[3]) f. 72[b]. [4]) f. 75[b]. [5]) f. 75[a]. [6]) f. 75[b].

roquin ob suam accurationem et abundantiam unica sunt in documentis huius temporis, nonnulla ad adumbrationem historiae Serbiae addunt, ut e. g. ad quaestionem, quomodo Urosius regimen occupaverit [1]). Quae occupatio regni etiam in operibus recentibus ex fontibus Serborum lepide quidem, sed minus probabiliter, ut voluntaria resignatio regis Stephani representata est [2]). Notitiae auctoris nostri de Serbia, quae partem optimam tractatus constituere videntur, aliis notitiis coaetaneorum, qualis est e. g. Pseudo-Brocardus [3]), multo praeferendae sunt et in nonnullis rebus, ut de haereticis fugitivis, de ratione politica duorum regum, de matrimoniis Urosii, etc. nobis unicum fontem praebent, qui usque ad nos pervenit. Pariter in rebus ab auctore de Albania et Epiro narratis, indicia fide digna et gravia, ut de bello gesto a Thoma despota Epiri, de eiusdem successibus in bello [4]), de ratione Albanorum cum populis Slavicis [5]), inveniuntur. Etiamsi de iisdem rebus, et de hoc, quod auctor de imperio Byzantino narrat, ex magna parte ex fontibus Byzantinorum, praecipue a Georgio Pachymero [6]) edocti simus, tractatui nostro pretium fontis pertinentis ad testem eiusdem aetatis et quidem bene doctum vindicandum est. Deinde caput tractatus de Blachis sive Valachis nonnulla praebet, quae corrobant opinionem viri docti Hasdeu [7]), et eo magis magni

[1]) Vide etiam Jireček: Gesch. Serben I p. 331: Die näheren Bedingungen der Übergabe (scil. regiminis a Stephano Dragutino) sind nicht bekannt.

[2]) Jireček o. c. p. 330, quo loco cronicam archiepiscopi Danielis sequitur.

[3]) Doc. armén. II p. 432 et sequ. [4]) f. 67[b]. [5]) f. 70[a].

[6]) De Michaele Palaeologo et de Andronico Palaeologo ed. Bekker. Bonn.

[7]) De emigratione Valachorum post adventum Ungaroru (Strat şi Substrat. Genealogia popórelor balcanice. Annal. Acad. roum 1892; Romani Bănâtenî din punctul de vedere etc. Ibid. 1896).

momenti sunt, quod fontes qui de origine Valachorum narrant, spurii et aetatae posteriores sunt.

Non mirum est, in capitibus de Polonia et Bohemia res magnae gravitatis non inveniri, praesertim cum auctor noster solum quae ab aliis didicerit repetat. Hoc tamen quod narrat v. g. de modo comam tondendi apud Polonos [1]), de potentia ducum, de conatibus imperatoris Alberti I non sunt sine nulla gravitate ad generalem historiam Poloniae. Pariter laudatio magnarum divitiarum Bohemiae tempore quo grossi Pragenses in tota media Europa magnam permutationem totius monetae et destructionem bracteatorum moverunt [2]), congruam opinionem de statu huius regni continet. Denique tandem in tractatu nostro et eo tempore unico prima descriptio ad artem redacta regionum Europae Orientalis ad Occidentales pervenit; nam notitiae de his partibus, quae in aliis operibus Francorum, Italorum vel etiam Alemanorum inveniuntur, ut apud Vincentium Bellovacensem, Gervasium Tilburensem, Bartholomeum Anglicum, Honorium Augustodunensem [3]), Rogerium Baconem [4]) etc. etc. — ut solum maxime notos et lectos recenseamus — nullo modo cum materia nostri tractatus sunt comparandae. Antequam enim tractatus noster in lucem prodiit, difficile erat exactam opinionem habere de eo, quod e. g. Francus quivis de Bohemis hoc tempore cognoscere potuit. Sed si hanc triadem voluminum consideramus, scilicet Haytoni »Florem historiarum terre Orientis«, qui mense augusto 1307 conscriptus est, anterius vero Marci Polo opus, quod manu scriptum primum in Galliam circa annum 1308 delatum est, denique anonymum nostrum tractatum, iam habemus, ut in aliquo tripartito speculo, omnia quae saeculo XIV ineunte, scil. tempore novorum tentaminum cum ad expugnandam Constantinopolim tum ad Terram Sanctam recuperandam, vir doctus apud Gallos de Oriente in tenebris iacente scire cupiebat et iam cognoscere poterat.

[1]) f. 75ᵇ; cf. infra.

[2]) Vide Bachmann: Gesch. Böhm. I p. 689—691.

[3]) In operibus supra citatis. [4]) M. G. H. S. S. t. X XIII p. 571-574

De codicibus et eorum filiatione.

Antequam quaestiones de filiatione et editione »Descriptionis Europae Orientalis« proponentur, recensendi sunt codices, quibus hoc opus continetur. Hi codices sunt:

A. Parisiis. Bibliothèque nationale msc. lat. 5515 (olim Balusianus 634, Regius 10530); in margine foliorum 1ᵃ et 79ᵇ inscribitur; *Celestinis de castris f. z.*, scil. manuscriptus pertinebat ad congregationem Castrensem Coelestinorum. Codex membranaceus octoginta foliorum in 8º, recenter tegumento munitus, saeculo quarto decimo ineunte (1310—1330?) scriptus, continet diversa opera historica, quorum tamen nullum primo decennio saeculi XIV recentius est. Folia 1ᵇ usque ad 76ᵇ una columna clare manus XIV ineuntis scripta; huic manui appropinquat manus f. 79ᵇ—80ᵃ textus Gallici, quam Kohler (Recueil d. histor. d. Croisades. Histor. occident. V p. CXVIII) a precedente differentem putavit, quae tamen nobis valde propinqua esse videtur. Fol. 76ᵇ ad 79ᵃ, id est Tractatus de exordio Hospitalariorum, alia sed coaeva manu scripta sunt. Folia paginata et lineis distincta; primae litterae capitulorum usque ad f. 76ᵇ ornatae et tituli rubrica scripti sunt. In hoc codice continentur:

fol. 1—53ᵇ Haytoni: Flos historiarum terre Orientis; post alios huius codicis ope editus a Kohlero in Rec. hist. Crois. Documents arméniens t. II p. 255—363.

f. 53ᵇ—63ᵇ Tractatus, cui titulus: »Memoria de recuperatione Terrae Sanctae«, ed. ex hoc codice a Kohlero in Revue de l'Orient latin t. X p. 423 sqq. et Mélanges pour servir a l'histoire de l'Orient latin et des Croisades. Fascicule II. Paris 1906 (Art. II. Deux projects de croisade

en terre sainte composés a la fin du XIII^e^ siècle et au debut du XIV^e^). p. 522—564.

f. 63^b^—64^b^ Anonymi epistula ad quendam consanguineum regis Francorum de suae aetatis pravitate. Sine anno; inc. »Domino suo carissimo servus inutilis«, expl. »Datum Massiliae XIII kalendas Martii. Deo gratias«. Inedita.

f. 65^a^—76^b^ Anonymi Descriptio Europae Orientalis, sine titulo, nunc editur a nobis.

f. 76^b^—79^a^ Josephi historiographi Tractatus de exordio domus Hospitalis Jerosolimitani, hoc codice auxiliante ed. Kohler in Rec. Hist. Crois. Hist. Occident. V p. 405—416.

f. 79^b^—80^a^ Excerpta ex Guillelmi Tyrii L'Estoire de Eracles Empereur (ed. P. Paris: Guillaume de Tyr et ses continuateurs. T. II Paris. 1879).

Nostrum codicem, quod ad scripturam attinet, ad codicem Bibliothecae Nationalis Parisiensis (c. l. 5649), qui librum peregrinationum Marci Polo continet et circa a. 1308 ad Carolum Valesium missus fuisse perhibetur (vide J. Petit: Charles de Valois p. 113), proxime accedere putaverunt Pauthier (Le livre de Marco Polo p. LXXXIV/V et P. Paris (Hist. litter. France. XXV p. 479); quamvis istius modi similitudo nostris explorationibus magno auxilio esse posset, tamen hanc observationem veram esse negamus; nam hi ambo codices manibus ita differentibus scripti sunt, ut plane diversos scriptores prodant; similiter codices qui porro describentur nulla re ad codicem lat. 5649 appropinquant.

Hic codex describitur aut commemoratur: Catalogo codicum manuscriptorum Bibliothecae Regiae. Pars III. T. IV. Parisiis. 1744 p. 126; Rec. Hist. Crois. Hist. Occident. V p. CXVIII; Ibidem, Docum. Armén. II. XCVI/VII; Revue de l'Orient latin X, 423; Kohler: Melanges p. servir hist. Orient. II p. 533.

B. Parisiis. Bibliothèque nationale msc. lat. 14693 (olim Sancti Victoris AA, A, 8, Sancti Victoris 289, et C. l. 12, 421). Codex membranaceus (4°), 143 foliorum, scriptus in longis lineis, una columna, tribus manibus principalibus. Vetus tegumentum codicis constabat duplici eodemque exemplari alicuius instrumenti publici notarii ex a. 1373, quorum prius initio erasum est, ut inscriptio titulorum poneretur. Nunc codex instruitur tegumento s. XVI—XVII cum S. Victoris armis, quae etiam f. 2^a^ depicta inveniuntur. F. 1^a^ inscribitur »Hic liber est Sancti Victoris parisiensis Invenias qui ei reddat amore dei« et f. 143^b^ »Iste liber est sancti victoris parisiensis, qui eum inveniente«. Primo folio non numerato tituli operum quae libro continentur manu s. XV inscribuntur, inter quos »Quaedam concernantia modum recuperandi terram jherusalem et quibusdam aliis a folio 44 usque ad folium 51«. Prima pars codicis a f. 1^a^ usque ad f. 52^b^, quae separatum codicem facere poterat, scripta est tota una manu s. XIV (dimidio). Haec pars, quae, ut porro demonstrabitur, evidentissime a codice **A** originem duxit, in multis locis, ubi litterae, verba et versus erasa fuerunt, completur aut emendatur eadem manu s. XV quae titulos inscripsit. Hae additiones ex codice alterius familiae nostrorum codicum (D, E) desumptae sunt, quod ex comparatione variarum lectionum et titulorum capitum Haytoni clare apparet. Nam enumeratio titulorum capitulorum Haytoni (f. 2^a^) scripta manu vetustiore (s. XIV) desinebat, ut invenitur in codicibus A, C, G, recentis editionis Haytoni (vide Rec. hist. Crois. Doc. armén. II. 257); tabulam deficientem ista manus s. XV sequentibus titulis complevit, ut nunc legitur in codicibus D, E, F eiusdem editionis. In hac prima parte continentur:

F. 1^a^—36^b^ Flos historiarum terre Orientis Haytoni (ut A).

f. 37^a^—42^b^ Memoria (ut A).

f. 42^{b}—43^{b} Anonymi epistula (ut A).
f. 44^{a}—51^{a} Descriptio Europae Orientalis (ut A).
f. 51^{a}—52^{b} Exordium jerosolimi hospitalis et ordinis (ut A).

F. 53^{a} quod initium est novi fasciculi, incipitur alia manu saeculi XIV, quae scripsit f. 53^{a}—104^{a} quae continent Historiam Eutropii (multae editiones). Tertia etiam manu s. XV scriptus est in f. 104^{b} Hymnus cum notis musicis (Inc. Et in terra pax hominibus) et f. 105^{a}—143^{b} Historia Lomgobardorum Paulo Lomgobardo auctore (ed. M. G. H. S. S. Longobard. p. 45—187).

Hic codex describitur aut commemoratur: Inventaire des manuscrits de Saint Victor par L. Delisle, Paris, 1869 p. 39; Inventaire sommaire des manuscrits relatifs a l'histoire et à la geographie de l'Orient latin par comte Riant, in Archives de l'Orient latin t. II, 143; Rec. Hist. Croisad. Hist. Occident. V. p. CXVIII; Ibidem Docum. armén. II p. XCVII/VIII; Revue de l'Orient latin t. X p. 423; Kohler: Melanges p. servir hist. Orient. II 533; Pertz: Archiv f. ältere deutsche Geschichtskunde X, 317; M. G. H. S. S. Longobard. p. 34, nro 45.

C. Pictavio (Poitiers) Bibliothèque de la ville 263 (prius 246, in manuscripto inventario (ancien) 116, in Catalogue Fleury 169). Codex membranaceus 78 foliorum (207 × 155 mm) scriptus una manu s. XIV (secundo dimidio) in longis lineis; ultimo (78) folio manu s. XV adnotatur »Ego rector Universitatis Bononiensis subscripsi et aprobavi. L. Walckam 1432«. Hic codex imperfectus quoad rubricationem remansit, nam tribus primis paginis exceptis, quae ornatae et rubricatae sunt, ubique initio capitulorum primae litterae omissae sunt et a f. 51^{b} tituli quoque, qui etiam rubrica ponendi erant, desunt. Evidentissime rubricator opus suum, vacuis locis relictis, ad finem non perduxit. In hoc codice continentur:

F. 1—54^{a} Flos historiarum terre Orientis Haytoni (ut A).
f. 54^{a}—63^{a} Memoria (ut A).
f. 63^{a}—64^{b} Anonymi epistula (ut A).
f. 64^{b}—74^{b} Descriptio Europae Orientalis (ut A).
f. 75^{a}—77^{b} Exordium Hospitalariorum (ut A).

Describitur aut commemoratur: Catalogue general des manuscrits des Bibliothèques publiques en France. Departaments. t. XXV. Poitiers — ed. Paris 1894 p. 79 nro 263; Catalogue Fleury (nro 169) in Memoires de la Société des antiquaires de l'Ouest; Rec. Hist. Crois. Hist. Occid. V p. CXIX; Ibidem Doc. armén. II p. C; Revue de l'Orient latin X, 423; Kohler: Melanges p. s. hist. Orient. II, 544.

D. Lugduno Batavorum (Leyden), Bibliotheca universitatis (Bibliotheek der Rijks-Universiteit) cod. lat. 66. De origine codicis nihil, excepto sigillo »Acad. Lugd.« habemus. Codex chartaceus, 220 × 170, 48 foliorum, ± 37 linearum. Seniones cum reclamis; totus una manu in longis lineis scriptus. Ex forma litterarum hunc codicem Kohler primum saeculo XIV aut initio saeculi XV (Rec. hist. Crois. Doc. armén. II p. CVII), postea dimidio saeculi XV (Melanges p. s. hist. Orient. II, 534) attribuit. Simili modo catalogus manuscriptorum bibl. univers. Lugd. Batavorum, nondum editus, hunc codicem saeculo XV adscripsit. His opinionibus tamen contradicimus; nam pârva cursiva scriptura codicis secundum omnem probabilitatem finem saeculi XIV demonstrat; secundo in chartis codicis invenitur signum impressum (filigrane), adhuc non animadversum, forma tubae vel cornus, quod licet nulli huiusmodi signorum in libris C. M. Briquet (Les Filigranes. Dictionnaire historique des marques du papier. T. I. Geneve 1907) et N. P. Lychaczew (Paleografyczeskoje znaczyenije bumažnijch wodjanjich znakow. S. Peterburg, 3 vol. 1899) editorum exacte par sit (ut saepenumero accidit); tamen ad communem typum (apud Briquet nro 7643—7704; Lycha-

czew nro 809—814, 2003, 2007—2010, 3790/1) accedit, qui primo a. 1365 apparet et circa finem saeculi XIV saepissime occurrit. His de causis codex noster annis 1375—1400 adiudicandus est. In hoc codice tituli capitum desunt, tamen litterae initiales et nomina propria rubra sunt. Qui utitur hoc codice, valde attendere debet cum ad correctiones, quae tribus manibus s. XV et XVI et diversis atramentis factae sunt, tum ad notas marginales (in nostra Descriptione Europae Orientalis frequentissimas). Hoc codice continentur:

F. 1—28[b] Operis Haytoni libri I—III intitulati »Liber de regionibus« (ed. ut supra).

f. 28[b]—35[b] Descriptio Europae Orientalis (ut supra).

f. 36[a]—43[b] Liber IV Haytoni sine titulo.

f. 43[b]—48[a] Memoria (ed. ut supra).

f. 48[a] De statura Alexandri. Inc.: Fuit Alexander statura etc.

f. 48[a] De sepultura Alexandri. Inc.: Legimus Alexandri sepulturam etc.

f. 48[b] Probatio calami.

Describitur aut commemoratur: Catalogo librorum tam impressorum quam manuscriptorum Bibliothecae publicae universitatis Lugduno-Batavae, 1716 p. 328; Archiv f. ält. d. Geschichtsk. VII, 134; Röhricht: Bibliotheca geographica Palestinae p. 35; Rec. Hist. Crois. Doc. armén. II p. CVII; Revue de l'Orient latin X, 424; Kohler: Melanges p. s. h. Orient. II, 534.

E. *Parisiis, Bibliothèque nationale, msc. lat. 5515 A (prius Baluzianus 235, Regius 10240).* Codex chartaceus, 56 foliorum, noviter tegumento munitus, totus una manu in longis lineis scriptus. Litterae initiales et nomina propria rubricata aut ornata. Scripturam huius codicis Kohler primo mendose, similiter ut **D**, saeculo XIV (R. H. Crois. Doc. arm. II p. XCVIII), postea recte (Melanges p. s. h. Orient. II, 533) saeculo XV (primo dimidio) attribuit. Omissa

enim forma litterarum, quae cum omni certitudine primum dimidium saeculi XV ostendit, in chartis codicis signa impressa (filigranes), adhuc neglecta, quae cervum effingunt, invenimus. Hoc signum cervi idem est ac signum, quod apud S. Midoux et A. Mattou (Étude sur les filigranes des papiers employés en France aux XIV et XV[e] siècles. Paris 1868) sub nro 48 et apud C. Briquet (Les filigranes) sub nro 3307 invenimus; cum vero praedicta forma signi impressi demum ab anno 1411 (Midoux l. c., Briquet l. c.) in chartis Galliae meridionalis appareat, et cum anno 1427 recedat, codex noster annis 1410—1430 adiudicari potest. Scriptorem codicis prodit nota in f. 56[b], saeculi XV: qui me scribebat ihoannes nomen habebat. Hoc codice continentur omnia eadem quae in D:

F. 1—32[a] Haytoni libri I—III (ut supra).

f. 32[a]—39[b] Descriptio Europae Orientalis (ut supra).

f. 40[a]—49[b] Liber IV Haytoni.

f. 49[b]—55[b] Memoria (ut supra).

f. 55[b] De statura Alexandri (u. s.).

f. 56[a] De sepultura Alexandri (u. s.).

Describitur aut commemoratur: Catalogo cod. manu script. bibl. Regiae. Pars III. T. IV. 1744 p. 126; Rec. Hist. Crois. Doc. arm. II. p. XCVIII; Revue de l'Orient latin X, 424; Kohler: Melanges p. s. h. Orient. II, 534.

Filiationem codicum, supra commemoratorum, iam Kohler semel et iterum statuere conatus est, primum occasione editionis operis Haytoni [1]), quod his omnibus codicibus continetur, secundum in prooemio ad editionem »Memoriae« [2]). Quae Kohler de necessitudine horum codicum [3]) in editione Haytoni scripsit, magnum valorem habere ne-

---

[1]) Doc. armén. II p. XCVI et sequ. (Manuscrits de la traduction latine de la »Fleur des Histoires«).

[2]) Revue de l'Orient latine X p. 423/24; Melanges p. servir hist. Orient. II. 533/34.

[3]) Doc. armén. II. p. LXXI.

queunt, nam tota editio textus Haytoni in »Recueil des Historiens des Croisades« innumeris erroribus scatet. Cum filiationem horum codicum secundum nostras observationes adumbrare constituissemus, revisionem editi textus Haytoni fecimus, ut filiationem ex propinquitate horum codicum in toto suo ambitu constitueremus. Porro collato edito textu cum manuscriptis, varias lectiones, quae ex codicibus A—E sumptae esse debent, magna parte mendosas esse invenimus. Quae menda hoc loco enumerare superfluum esse putamus et solum exempli gratia sequentes varias lectiones huius editionis, ut mendosas aut imperfectas, seligimus: p. 265 v. 7, 10, 14, 15 et versus 20 incompletus, p. 266 v. 2, 4, 7, p. 267 v. 14, 16, p. 273 v. 10, p. 275 v. 11, p. 276 v. 8, p. 277 v. 13; ex aliis chartis e. g. p. 297 v. 20, p. 299 v. 16, p. 302 v. 2, 14, 23, p. 307 v. 2, 9, p. 308 v. 6, 10, p. 316 v. 4, p. 320 v, 18, p. 321 v. 13, p. 342 v. 11, 15, p. 343 v. 11, p. 346 v. 16, p. 355 v. 20, p. 356 v. 2, 19, p. 361 v. 3, p. 362 v. 13, etc. etc. Praeterea invenimus verba male lecta quae textum obscurum faciunt ut e. g. p. 321 versus 21 »palulare« loco »pabulare« (ut A, B, C), p. 325 v. 10 etc. Nolumus hos errores pro exemplo citatos editori huius voluminis, Carolo Kohler, crimini vertere, quasi ipse in his peccaverit; e contrario opinamur haec menda attribuenda esse praedecessoribus, quorum adversaria Kohler ad editionem perficiendam recepit [1]; nam in editione »Memoriae«, quam Kohler ipse preparavit, graviores [2] errores desunt. Nobis solum horum errorum meminisse necessarium videbatur, ut in adstruenda filiatione codicum, ad editionem Haytoni, cuius variis lectionibus fiduciam praebere non possumus, animum minime advertamus.

---

[1] Vide Doc. armén. II. Avant-propos p. II.

[2] Tamen nonnulli occurrunt v. g. Melanges p. servir hist. Orient. p. 547 v. 2, p. 555 v. 12, 29, p. 562 v. 18.

Antequam ad considerationem codicum asservatorum transibimus, notandum est, nullum eorum pro originali haberi posse. Hoc apparet evidenter non solum ex forma omnium codicum, in quibus noster tractatus eadem manu cum aliis operibus est transcriptus, sed etiam ex opere Haytoni, cuius nonnulla capita [1]) et sententiae [2]), quae evidenter Haytoni adscriptae esse debent, in nostris codicibus non inveniuntur, et denique hoc facto, quod in omnibus his codicibus »Descriptionis Europae Orientalis« errores et omissiones reperiuntur. Praeterea dubium esse non potest, quin nonnulli codices Haytoni, cuius operi noster tractatus adnexus esse consuevit, deperditi sint; hoc apparet clarissime ex comparatione codicum asservatorum et ex adnotatione, quod in bibliotheca Avenionensi iam ante a. 1375 [3]), codex manuscriptus Haytoni asservatus erat, qui hodie nusquam reperitur [4]). Ex prima comparatione quinque codicum nostrorum apparet eos in duas familias esse dividendos [5]), neutramque seriem ex originali directe descriptam fuisse, siquidem utrique lineae derivationis iidem errores communes sunt [6]). Qua de causa non solum codex autographus (I), sed etiam saltem prima eius transcriptio (II) de qua ambae familiae separatim derivantur, periisse debuit.

Ex uno deperdito apographo codicis originalis traxit originem noster codex **A** (Bibl. Par. nro 5515) omnium vetustissimus, initio saeculi XIV exaratus, in quo textus fere

---

[1]) Vide, quod Lib. IV c. 44 adtinet.

[2]) E. g. Doc. armén. II p. 301 v. 12, 18.

[3]) Fr. Ehrle: Historia bibliothecae Roman. pontific. I p. 557.

[4]) In bibliotheca Vaticana hodie solum codex s. XV, opus Haytoni continens (Cod. lat. Vat. rec. B. Nogara. Roma 1912 nro 2035), asservatur.

[5]) Vide etiam Kohler: Melanges p. s. hist. Orient. II, 544.

[6]) In omnibus codicibus nonnulli loci primo intuitu corrupti esse videntur: v. g. f. 73ᵃ, 74ᵇ.

optimus asservatus est et qui pro fundamento nostrae editioni fuit. De hoc codice trahunt suam originem, ut ex comparatione variarum lectionum evidenter apparet, codex **B** (Bibl. Par. 14693) et codex **C** (Bibl. Pict. 263) qui circa aut post annum 1350 scripti sunt. Neuter tamen a codice **A** directe descriptus est. Codices **B** et **C** habent omnes lectiones easdem atque **A**, et nihil habent, quod in **A** non sit, ergo in codice **A** uterque communem fontem habet. Sed **B** et **C** habent in suo tractu communes omissiones sententiarum et verborum, quae in **A** inveniuntur, praeterea tamen **B** habet nonnunquam plura quam **C**, et e contrario a **C** absunt nonnullae omissiones scribae codicis **B**. Ex quo patet, inter **A** et **B**, **C**, deperditum apographum (III) interfuisse, in quo hae omissiones cum **B**, tum **C** communes iam existebant et a quo independenter **B** et **C**, cum novis et differentibus erroribus procedunt.

Uterque codex alterius familiae, **D** et **E**, habet aliquod commune: noster enim tractatus in medio opere Haytoni insertus est, ita ut inter tertium et quartum Haytoni librum nostra »Descriptio Europae Orientalis« locum occupet. Factum illud, cuius explicatio praecedentes editores Haytoni fugit, bene intellegetur, modo supponamus glutinatorem in religandis diversis fasciculis unum — ut non raro accidit — ita transposuisse, ut tractatus de quo agimus, in opere Haytoni insertus nunc sit. Cum tamen neque **D** neque **E** hanc coniecturam probet, novum deperditum codicem (IV) in quo haec transpositio fasciculorum iam facta fuerat, admittere necesse est. Huius deperditi (IV) codicis apographum esset noster codex **D**, intra annos 1375—1400 exaratus, a quo directe, ut hoc ex comparatione textuum evidentissime efficitur, noster codex **E**, ex annis 1410—1430, descriptus est. Nihil enim in **E** invenimus, quid in **D** non sit, sed in **E** desunt nonnulla verba aut sententiae, quae in **D** continentnr; in ambobus

tamen iidem errores et omissiones sunt. His praemissis tabulam filiationis nostrorum codicum ponimus:

Orig. I dep.
II dep.
A
IV dep.
III dep.
D
B
C
E

Ex his patet solum duos codices **A** et **D** in restituendo textu adhiberi posse. Qua de causa semper in contextu nostrae editionis sententias aut verba, quae solum in uno horum codicum inveniuntur uncis includimus, etiamsi hoc ex omissione accidere nobis videatur; praeterea tamen secundum usum omnes varias lectiones aliorum codicum cum eadem exactitudine in apparatu notamus. Pro fundamento, ut dictum est, familiam primam accepimus, nam in secunda omnino textus deterior esse nobis videtur, attamen interdum debuimus alteram redactionem adhibere.

Textum nostrae editionis adnotationibus, quibus res in textu commemoratae illustrentur, instruere conati sumus. Saepe optatam acribiam ob inopiam librorum attingere non potuimus, speramus tamen fore, ut hac editione nonnulla ad cognitionem Europae Orientalis apud Francos saeculis XIII/XIV adiciamus.

Beryti Kalendis Julii a. 1913.

[Descriptio Europae Orientalis][1].

§§
Tres sunt partes principales mundi: asia, affrica, [et] 1
Europa. *Asia*[2]) extendit se *a meridie per orientem in* 2
septentrionem[3]), vocatur autem hec pars mundi *Asia a quadam muliere sic dicta, que imperium orientis apud antiquos tenuit*[4]). *Europa* extendit se *a septentrione in occi-* 3
dentem[5]), dicitur autem *europa a filia regis agenoris*[6]), que sic nominabatur, et imperium tocius europe apud antiquos
tenuit. *Affrica* autem extendit se *ab occidente in me-* 4

---

1) *Titulus deest in mss.*

2) Vinc. Bell. I. 62. Haec et sequentia ex Bibliotheca mundi seu ex speculi maioris tomo quarto (Speculum historiale) Vincentii Burgundi, praesulis Bellovacensis (de Beauvais), sumpta esse videntur; sequor ultimam completam editionem fratrum Benedictinorum collegii Vedastini (Duaci MDCXXIV); numeri Romani indicant libros, Arabici capita. Hae omnes enuntiationes etiam apud Isidorum Hispalensem, id est in libro quarto decimo eiusdem »Etymologiarum sive Originum libri XX« (ed. Migne: Patrolog. lat. t. LXXXII) inveniuntur; cf. supra p.

3) Vinc. Bell. I. 63. 4) Vinc. Bell. I. 62.

5) Vinc. Bell. I. 71. 6) Vinc. Bell. I. 62.

---

v. 1. Tres | res *C* ‖ asia | Asya *B*, *D* ‖ affrica | Africa *B*, *C*. ‖ [et] | *deest D*, *E*.

2. *spatium post* Europa *D* ‖ *Asia* | Asya *B*, *D* ‖ in | usque ad *D*, *E*.

3. *Asia* | Asya *D* ‖ 5. *spatium post* tenuit *D*.

6. *agenoris* | Ageronis *corr.* Agenoris *D*; ageronis *E*.

7. nominabatur | vocabantur *D*, *E*.

8. *spatium post* tenuit *D* ‖ *Affrica* | Africa *B*, *C* ‖ autem | *deest E* ‖ se | se extendit *D*, *E*.

ridiem, dicitur autem hec pars mundi affrica a quadam
muliere sic dicta, que filia fuit libani regis et apud anti-
quos imperium affrice tenuit [1]). Ex hiis apparet mani- 5
feste *Asiam tenere dimidium tocius orbis, Europam au-
tem et Affricam alteram dimidiam* [2]). Asia autem diui- 6
ditur in maiorem et minorem; de asia maiori dominus de
kurco [3]) satis plene tractauit. De asia autem minori et de
aliquibus partibus europe superficialiter de moribus et con-
dicionibus hominum et prouinciarum contentarum in
dictis partibus europe est hic pertractandum. Et quia 7

1) Haec etymologia, ab Isidoro, Honorio Augustodunensi, Bartholomeo Anglico, Vincentio Bellovacensi etc. discrepans, inventum auctoris nostri esse videtur.

2) *Cf. Vinc. Bell. I. 62.*

3) Haytonus (Aitonus, Aytonus), dominus de Curchi, princeps Armenus et postea frater ordinis Praemonstratensium, qui descriptionem regionum Asiae, minore tamen Asia excepta, in opero suo »Flos historiarum terre Orientis«, gallice et latine conscripto, nobis tradidit (*ult. ed.* Recueil d. Histor. d. Croisades. Documents arméniens t. II p. 112—363); opus suum Haytonus in augusto 1307 confecit (*o. c. p. LVIII*). Corc, Curch, Curscho sunt nomina civitatis Gorigos, antiquitus Corycus in Cilicia (cf. De Mas Latrie: Histoire de Chypre II. 75; Doc. armén. I p. LXXXVI, II p. XXV); cancellaria sedis apostolicae semper, ut auctor noster, Curcho aut Curco scripserat (vide Baluze: Vitae paparum Avenionensium p. 103 et Doc. arm. II p. XXVI, XXXVI).

v. 1. affrica | Africa *B, C.*
2. libani | libam *B* || aliter libie *nota marginalis D.*
3. affrice | africe *B, C* || *spatium post* tenuit *D, E.*
4. *Asiam* | Asyam *D* || *orbis* | orbis totius *D, E* || *Europam* | Europa *D, E.*
5. *dimidiam* | alterum dimidium *D, E* || *spatium post* dimidiam *D, E* || Asia | Asya *D, E.*
6. asia | asya *B* || maiori | minori *E; manus posterior correxit* maiori.
7. kurco | kurcho *D, E* || autem | uero *D, E.*
10. europe | *E bis repetit* || pertractandum | tractandum *D, E* || *spatium post* pertractandum *D, E.*

[prima] pars europe uocatur tracia [1]) que nunc grecia ap-
pellatur, ideo primo de tracia seu de imperio Constanti-
nopolitaneo [est] dicendum, deinde de regnorum condicio-
nibus, rasie [2]), bulgarie, ruthenie [3]), albanie, vngarie, polonie-
que tractandum est.
Quantum ad greciam siue [ad] imperium Constan- 8
tinopolitanum dicendum [est] quod dictum imperium con-
tinet duas partes, videlicet asyam minorem et traciam dic-
tam, et ideo imperium illud dinoscitur esse permaximum
et opulentum ualde; prima enim pars imperii dicti 9
est asia minor, in qua sunt ille ciuitates famose, quas no-
minat beatus Iohannes in apocalipsi [4]), videlicet *effesus* ad

1) »Thracia est provincia in Grecia« (De proprietatibus rerum Bartholomei Anglici lib. XIV c. CLVII).

2) Rasia aut Rascia, pars Serbiae nominabatur (v. Graesse-Benedikt: Orbis latinus ed. 1909, p. 251 et C. Jireček. Geschichte der Serben I p. 10, 120/21.

3) »Ruthia sive Ruthena« (De propriet. Bartholomei Angl. lib. XV c. CXXXI).

4) Apocalypsis b. Joannis Apostoli c. I v. 11: »et mitte septem Ecclesiis, quae sunt in Asia: Epheso, et Smyrnae, et Pergamo, et Thyatirae, et Sardis, et Philadelphiae, et Laodiciae«. Cf. Hrabanus Manrus: De Universo l. XII c. IV (Migne, Patrolog. CXI, 344).

v. 1. [prima] | *D, E* || 2. tracia | Trecia *A*; grecia *D, E.*
3. [est] | *deest D, E* || regnorum | regno *B;* regno et *E;* et *manu altera additum.*
4. ruthenie | Iuchenie *corr. manu poster.* ruchenie *D; similiter E.* || vngarie | Vnganie *corr.* Vngarie *D* || polonie | *corr. D.*
6. *spatium ante* quantum *D, E* || greciam de grecia *nota marg. E* || siue | seu *B* || [ad] | *solum D, E*
7. [est] | *solum E* || quod | *deest E.* || 8. asyam | Asiam *B, C.*
9. dinoscitur | dignoscitur *B, C;* dicitur *D, E.*
10. *spatium post* ualde *D* || dicti | *ex corr.* dicta *E.*
12. apocalipsi | *D, E; in aliis abrevitur.*

§§

quam scribit apostolus Epistolam ad epheseos [1]), *piladelphia*,
laudicia, thiatira, pergamum et *sardis* [2]), ibi est et calcedo-
nia, maxima ciuitatum, ubi consueuerunt concilia genera-
lia celebrari [3]), ibi est et *nicomedia ad quam hanibal* prin-
ceps kartaginis timore romanorum *fugiens venono animam*
expirauit [4]). Preter has ciuitates famosas sunt in ipsa 10
asia que nunc a grecis natuli [5]) appellatur, quadringente
magne civitates, exceptis opidis, castris, fortaliciis et uillis
innumerabilibus; irrigatur tota terra dicta quindecim 11
fluminibus naualibus et circa traciam uel citra partes con-
stantinopolitanas irrigatur danubio permaximo fluuiorum,
qui per vngariam transiens in bulgariam perforat alpes

---

1). Epist. Pauli ad Ephesios. 2) Johan. Apocalyps. I. 11.
3). De concilio Chalcedonensi cf. Isidorus Hisp. Etymolog. lib. VI c. 16 et Vincentius Bellov. l. XV c. 35.
4). Cf. Vinc. Bell. V. 59. Ibid. I. 70.
5). Id est civitates Natoliae; hoc tempore Anatolia saepenumero per auctores Byzantinos Natolia nominabatur.

---

v. 1. epheseos | ephesios *C* || ***piladelphia*** | pila. delphia *B*, philadelphia *D, E*.

2. *laudicia* | laodicia *D, E* || et | etiam *D*.

3. calcedonia | Calcedonia *D, E* || maxima | iuxta *D, E* || ciuitatum | ciuitatem *D, E* || ubi | ubi *manu alt. corr.* vero *D* || concilia *A, B, C* consilia; *D corr.* concilia.

4. et | etiam *D* || ***nicomedia*** | Nycomedia *E* || ***hanibal*** | hanniba *D*; hannibal *manu alt. corr.* hanybal *E*.

5. kartaginis | cartaginis *D, E* || ***animam*** | animam veneno *D, E*

6. *spatium post* expirauit *D*. || 7. natuli | napuli *D, E*.

7. Nota de IIII^ce magnis ciuitatibus in asia minori et in Turquia *nota marg. D*.

9. *spatium post* innumerabilibus *D, E* || quindecim | XV. *D*.

10. traciam | *corr. D* || citra | circa *B, D, E*.

12. qui | que *corr.* qui *D* || Danubius perforat alpes et precipitur et in septem diuiditur *nota marg. D* || De Danubio fluuio cuius rugitus ad III. dietas auditur *nota marg. E*.

§§

et totum se frangit in quodam magno precipicio [1]), cuius
rugitus ad tres dietas auditur. Inde diuiditur in septem ca-
pita [2]) et transiens per dictam terram intrat mare ponticum,
uel secundum alios mare magnum [3]); continet hec pars 12
[grecie], septem provincias, videlicet bitiniam, vnde oriun-
dus fuit beatus lucas [4]), dicitur enim ***bitinia a quodam***
rege [5]) sic nominato. ***Galaciam a gallicis*** nominatam 13
quia a gallorum gentibus [olim] ***extitit occupata*** [6]), ad inco-
las huius prouincie scribitur epistola ad galathas [7]), verum

---

1). »(Danubius) grande facit precipitium« (Otia imperialia Gervasii Tilburensis in Leibnitz: Script. rer. Brunsvic. II, 764 et M. G. H. S. S. XXVII, 371).

2). »septem ostiis in Pontum influit« (Isid. Hisp. Etymol. lib. XIV c. XXI et Vincentius Bellov. in Speculo naturali V, 40).

3). Pontus medio aevo nominabatur: Pontus Euxinus, mer Nitas, mer de Roussye, mare Gasariae, mare maurum, nigrum, Bahr al Krim. Initio s. XIV Pontus etiam »mare maius« appellabatur!; cf. »comercium in aliqua parte... maris maioris sive Gazarie« Statuta Genuensium ex a. 1317 (Mitteil. Inst. österr. Geschichtsf. XXVII, p. 289 n. 4); cf. infra p. 9.

4). Omnes antiqui concordianter sanctum Lucam, ut de Antiochia oriundum, commemorant (Mangenot in Dictionnaire de la Bible pub. p. Vigovroux IV, 379); haec indicia etiam Vincentius Bellov. (lib. IX c. 90) secutus est. Cum tamen Vinc. Bell. eodem loco, Isidorum Hispalensem (De ortu et obitu patrum. Migne Patr. lat. LXXXIII p. 154) sequens, sanctum Lucam in Bithynia mortuum esse narret, notitia auctoris nostri de ortu eiusdem ex negligentia et aberratione effici videtur.

5). Vinc. Bell. I 70. 6). Vinc. Bell. I. 70.

7). Ep. Pauli ad Galatas.

---

v. 1. quodam | quadam *A, B* || precipicio | *corr. D*.

3. transiens | transient *A, B*; *C ex corr.* transientes. || intrat | intrant *C*.

4. *spatium post* magnum *D*.

5. [grecie] | *deest D, E* || bitiniam | bithiniam *D*; Bitaniam *E*.

6. enim | *deest E* || ***bitinia*** | bicinia *A*; bithinia *D*, Bitania *E*.

7. *spatium post* nominato *deest E* || ***Galaciam*** | gallaciam *C* ||

8. [olim] | *deest D, E*.

est eciam quod circa constantinopolim est castrum quod- 88
dam, quod uocatur Galatha[1]). Ysauria sic dicta, quia 14
est referta et sarcita omnibus bonis. Frigia in hac fuit 15
sita illa famosissima ciuitatum Trogia[2]). libdia, in hac 16
prouintia olim erat *sedes regni asie*[3]), est enim quasi insula
eo quod a duobus [magnis] fluuiiss navalibus, scilicet *Ela*,
et pacolo[4]) circumdatur. Karia in hac est fluuius aruius 17
nomine qui harenas permixtas auro copioso continet[5]). 18
Panphilia a panphilo rege sic dicta. Asia prefata que 19
est pars grecie continet in se dictas prouincias, ab oriente
circuncingitur turcis, a septemtrione tartaris et ruthenis,
ab occidente bulgaris et cumanis a meridie tracia. Terra 20
est in omnibus habundans et fertilis in pane, vino, pis-
cibus, carnibus, auro, argento, serico, sed homines illius

---

[1]) Hoc tempore Galatha a Genuensibus munita est (Doc. armén. II, 407; Hertzberg: Gesch. byzant. u. osman. Reiches, p. 449).
[2]) Cf. Isidorus Etymol. XIV c. III, V, Vincentius Bellov. I. 70.
[3]) Vinc. Bell. I. 70. [4]) Cf. Vinc. Bell. I. 70.
[5]) Ex parte aliter apud Isidorum XIV c. III et Vincentium Bellov. I. 70.

---

v. 2. Galatha | *prima litera dubitabilis, A;* salacha *B, C;* galata *D, E.*
3. sarcita | fartica *D; corr. E* || situs magne Troye *nota marg. E.*
4. ciuitatum | *deest in versu manus s. XV. B* || Trogia | Troya *D, E* || libdia | liberdia *D, E.*
5. asie | Asye *B, C. E* || 6. magnis | *deest D, E.*
7. *pacolo* | patolo *D, E.*
8. harenas | arenas *B, C, D, E* || copioso | copiosa *A, B* || continet | detinet *D, E* || *spatium post* continet *deest A.*
9. Panphilia | Phanphilia *B, C, D, E* || panphilo | pamphilo *C* || Asia | Asya *B, E.*
10. dictas | dictas in se prouincias *A, C.*
11. ruthenis | Ruchenis *E* || 12. cumanis | cûmanis *D.* || *spatium post* tracia *solum D.*
13. De hominibus asie minoris *nota marg. D.*

terre sunt ualde inbecilles et in nullo apti ad prelium[1]) et 88
ideo reddunt tributum turcis et tartaris. Vnde quia dictis
turcis nolebant reddere tributum, ab eisdem septimo anno
transacto[2]) tota terra dicta fuit deuastata, depopulata et de-
pauperata[3]) et ex hoc est multum imperatoris Constantino-
politani diminuta potentia; homines incole dicti christiani
sunt, actamen scismatici perfidi.
Secunda pars grecie dicitur *tracia, a filio japhet*[4]) 21
filii noe sic nominata, inde grecia quasi tracia. In prima 22
parte huius tracie circa mare mediterraneum in quodam
monte non nimium eleuato est sita illa famosissima
ciuitatum Constantinopolis, a constantino imperatore sic
dicta[5]), nam primo bisantium appellabatur; hanc ciuita-
tem dictus Constantinus imperator in magnitudine diui-

---

[1]) Cf. Guillelmus Adae (Doc. armén. II 538/9) et Pseudo-Brocardus (ibid. 455).
[2]) Hoc loco auctor proelii ad Baphäon, ubi princeps Byzantinus Michael d. 27 Iunii 1301 (Zinkeisen: Geschichte d. osman. Reiches I. 82) a Turcis victus erat, meminit.
[3]) Quanto detrimento hoc proelium Byzantinis fuerit vide W. Jorga: Geschichte des osmanischen Reiches I. 157 et Jireček: Gesch. Serben I, 344.
[4]) Vinc. Bell. I. 70.
[5]) »vocavit illam Constantinopolim de nomine suo« Vincentius Bellov. XIII c. 57.

---

v. 1. apti | *repetitur A* || 3. septimo | VII°. *D.*
4. dicta | dicta terra *D, E* || depopulata | depulata *manu post. corr.* depopulata *D; similiter E.*
5. multum | multum est *D, E.* || 6. dicti | ibidem *D, E.*
9. noe | nomine *C;* nomine *corr.* noe *D* || nominata | nominato *corr.* nominata *D;* nominato *E* || *spatium post* tracia *D, E.*
11. De ciuitate constantinopolitana *nota marg. E.* || nota de constantinopolim *nota marg. D.* || illa | illo *B.*
13. primo | prius *D, E* || bisantium | lisantium *B;* lisantium *corr. postea* bisantium *C; prima litera* b *similis* v *D,* visantium *corr.* bisantium *E* || *spatium post* appellabatur *E.*

§§
ciis, ac meritis fere romane coequauit ciuitati. In ea sunt [1])
duo palatia imperialia [2]) de porfido marmore fabricata [3]) mire
pulcritudinis, et quia filii imperatorum qui in eisdem [pa-
laciis] nascebantur, uocabantur porforogeniti sic dicti [4]) uel
a palaciis quia porfido erant constructi, uel quia super
porfidem lapidem, quando nascebantur in ipso suo ortu
ponebantur [5]). Inde inoleuit quod filii omes imperatorum
uocantur porforogeniti. Notandum tamen quod hic im- 23
perator qui nunc imperat non uocatur porforogenitus [6]),
sed andronicus, eo quod quando natus fuit pater suus
michael paleagius [nundum] usurpauerat sibi imperium

---

[1]) Cf. Vinc. Bell. XIII. 57.

[2]) Saeculis X—XIV in Constantinopoli duo palatia imperalia fuerunt, quorum unum μέγα παλάτιον aut ἱερὰ ἀνάκτορα, alterum Βλαχέρναι appellabatur (J. Krause: Die Byzantiner des Mittelalters in ihrem Staats-, Hof- und Privatleben bis gegen Ende des vierzehnten Jahrhunderts. 1869 p. 21—26).

[3]) Qua de causa πορφύρεον δομος appellabantur (Krause: Byzantiner 289).

[4]) Vide: »Annales archeologiques par Didon ainé« t. XXI p. 326; Du Cange: Glossar. m. et inf. lat. sub »Porphorogenitus« et »purpuratus«; Krause l. c.

[5]) Post alios vide etiam Anna Comnena lib. VI, 8, VII 2, (ed. Schopen p. 295, 334).

[6]) Pariter Georgius Pachymeres (De Michaele Palaeologo. Corp. scriptor. byz. ed. Bekker lib. VII c. 7) dicit, demum filium Michaelis Andronico minorem natu, porfyrogenitum appellatum esse. Muralt (Essais byzant. I. 402) mendose iam Andronicum ut porforogenitum, nominat.

---

v. **1.** romane | rōne *A*; ratione *B*; Rome *ex corr. C*; Rome *D, E*.
4. [palaciis] | *deest D, E* || porforogeniti | porforageniti *B*; porforogenti *D, E*.
5. palaciis | *deest C* || constructi | constricti *E*.
6. quando | quanda *B*. || **7.** quod | quia *D, E*.
8. uocantur | uocabantur *B, C, D, E* || porforogeniti | perforogenti *D*; perforagenti *E* || *spatium post* porforogeniti *D* || hic | sic *B*.
9. porforogenitus | perforogentus *D*; perforagentus *E*.
11. michael | micael *D* || paleagius | pelagius *C*: palealegus *D, E* || [nundum] | *deest A, B, C*.

§§
Constantinopolitanum [1]). Et ideo non nominatur ut filius
imperatoris. In ea eciam ciuitate est ecclesia mire 24
pulcritudinis ad honorem sancte sophie consecrata. Ci- 25
uitas dicta et regio in circuitu que proprie tracia appel-
latur ab oriente circuncingitur propontide [2]). propontide enim
uocatur arcitudo illius maris ubi de constantinopoli est
introitus ad mare magnum vnde itur ad asiam minorem,
turcos et tataros et ceteros barbaros, habens latitudinem
solum septem stadiorum [3]), antiquitus autem uocabatur elis-
pontus [4]). A meridie circuncingitur mari mediterraneo, 26
vnde et portum nobilissimum et per maximum habet;
circa portum istum de uoluntate imperatoris ianuenses
tenent duas civitates quarum una uocatur trapason [5]), [et]

---

[1]) Constantinopolis a Graecis d. 25 Julii 1261 capta est et d. 17 Augusti eiusdem anni Michael Palaeologus solemnem introitum celebravit, Andronicus II tamen iam circa 1258 natus erat (vide supra citata).

[2]) Cf. Vinc. Bell. I. 71.

[3]) Cf. Isidorus Hisp. Etymolog. XIII c. XVI.

[4]) Hoc loco auctor, de his regionibus solum ab aliis doctus (cf. p. 00), Propontidem cum Hellesponto confudit.

[5]) Trapesus (Trebisonde, Tarabason, Tirabson) civitas in littore Asiatico maris Nigri, hoc tempore caput imperii Graecorum, a. 1204 ab Alexio Comnena ibidem conditi; cf. supra.

---

v. **1.** non | *deest B*. || **2.** *spatium post* imperatoris *D*.
3. *spatium post* consecrata *D*.
4. proprie | prope *C, E*; prope *corr.* proprie *D* || tracia | tratia *A* || appellatur | *sequ. spatium A, B, C*.
5. propontide | *deest B, C*. || **6.** arcitudo | altitudo *D, E*.
7. asiam | asyam *C, D*.
8. turcos | turdos *A, B*; turquos *C*; *ex corr. D* || tataros | tartaros *B, C, D, E*.
9. septem | VII. *D* || elispontus | abspontus *B, C*; Elispantus *D*.
10. latitudo hellesponti VII stadiorum *nota marg. D*.
11. vnde | *deest E*. || portum | partum *D*.
12. circa | *manu altera additum* hunc *E* || istum | *deest E*.
13. trapason | Tripason *D*; Tripasen *E* || [et] | *solum D, E*.

§§

altera senopi [1]), *ille autem qui preest eis uocatur camino*
idest marcio [2]). Ab occidente circuncingitur macedonia 27
que fuit *patria alexandri* [3]), in qua est illa famosa ciuitas
phillippis, ad quam scribit apostolus epistolam ad philip-
penses [4]). Sed nunc est quasi destructa, apparet tamen ad-
huc stabulum marmoreum bucefale equi [5]) dicti alexandri.
A septentrione circuncingitur danubio qui diuiditur in 28
septem capita ut dictum est [6]), quorum quodlibet est ha-
bens in latitudine ad tres leucas [7]).
Preter hanc prouinciam que trachia proprie dici- 29
tur continet hoc pars grecie septem alias prouincias [8]).

---

1) Sinope iam ab a. 1214 constanter per Turcos occupata erat (Krumbacher, Gesch. byzant. Liter. p. 1040; Jorga, Gesch. osman. Reiches I, 120).

2) Cf. sub voce G. Körting, Lat. Roman. Wörterbuch nro 5939, 5941.

3) Vinc. Bell. I. 73. 4) Ep. Pauli ad Philippenses.

5) De equo Bucephalo cf. Vinc. Bell. l. IV c. 20.

6) Cf. supra p. 5.

7) Leuca (leuga, lecua, ital. lega, hisp. legua; cf. Körting o. c. 5538) vox et mensura Gallica 1500 passuum (Du Cange s. v.).

8) Cf. Isid. Hispal. XIV, c. 4; Vinc. Bell. I, 74; Barthol. Angl. XV, 68.

---

v. **1.** camino | comino *D, E* || **2.** *spatium post* marcio *deest E.*

3. famosa | famosa illa *D, E.* || **4.** phillippis | philippis *B, D, E.*

5. tamen | *deest E* || adhuc | *sequitur* autem *D, E.*

6. alias Bucifali *nota marg. E* || busifali *nota marg. eadem manu D* || bucefale | Bucifali *C; erasum D, vide nota;* Bisifali *E.* || dicti | *corr. D.*

7. *spatium post* alexandri *deest E.*

8. septem | VII. *D* || quodlibet | quilibet *D;* quodnibet *E.*

9. tres | *corr. D.*

10. nota *nota marg. D;* Notandum Danubium divisum in VII. capita quorum quodlibet continet in latitudine III leucas *nota marg. E* || quodlibet septem capitum danubij continet tres leucas in latitudine *nota marg. D* || trachia | tracia *D, E* || dicitur | proprie diciur tracia *D, E.*

11. septem | VII. *D.*

Primo uidelicet *Macedoniam* sic dictam *a macedone* §§
rege. In hac est mons olimpus qui in tantum extollitur ut 30
in cacumine eius nec nubes senciantur [1]); habundat mul- 31
tum uenis aureis et argenteis, in ea etiam est campus
pulcherrimus totus planus, habens in longitudine tres die-
tas [2]) et totidem in latitudine; irrigatur duobus fluuiis
naualibus. Ab oriente habet constantinopolim uel tra- 32
ciam, a meridie achayam, ab occidente thesalonicam, 33, 34
a septentrione Ruthenis circuncingitur. Secundo *thesa-* 35, 36
liam a thesalo rege sic [3]) nuncupatam. Est enim hec
regio multum lata et opulenta, vnde et usque ad hodier-
num diem reseruat sibi nomen regni, vocatur enim regnum
thesalonicense [4]). In ea [enim] est illa ciuitas famosa que uo-
catur thesalonica, vnde et tota regio nominatur, habens

---

1) Vinc. Bell. I. 73.

2) Iter quod una die conficitur (Du Cange: Gloss.).

3) Vinc. Bell. I. 73.

4) Expugnata Constantinopoli, Bonifacius de Monte Ferrato in septembre anni 1204, regnum Thessalonicense condidit, quod usque ad a. 1222 perseveravit (Hertzberg o. c. 308, Pears: The Destruction p. 8).

---

v. **1.** *spatium ante* primo *deest* E || mons olimpus de eius cacumine non sentiuntur nubes nec uenti *nota marg.* E.

2. *est* | enim *E.*

3. *cacumine* | acumine *A, B, C* || *senciantur* | sensiantur *A, B;* || *spatium post* senciantur *deest A, B, C* || multum | multis *D, E.*

7. spatia *sequ. desunt D, E.*

8. achayam | achaiam *D, E* || thesalonicam | thesslonicam *C;* thesaulonicam *D, E.*

9. 2ª *nota marg. D* || Secundo | *corr.* secunda *D.*

10. *thesaliam* | thessaliam C || *thesalo* | thessalo C.

11. regio | hec enim regio est *D, E* || ad | et in *D, E.*

12. regni | sibi reseruat regni nomen *D, E.*

13. thesalonicense | thessalonicense *C;* thesaulonicense *D, E* || ea | illa *D, E* || [enim] | *solum D, E.*

14. thesalonica | thessalonica *C;* thesaulonica *D, E*

88

portum maris latissimum. *In ea eciam est mons parnasus olim apolino consecratus* [1]. Nunc autem uocatur sfeptagoria, quod idem est quod mons sanctus [2], eo quod ibi est multitudo monachorum grecorum anachoricarum qui calogeri [3] dicuntur; hec *fuit patria* illius famosi militis *achillis.* In ea *primo equi domiti fuerunt, et* denarii *aurei fabricati* [4]; quatuor magnis fluuiis naualibus irrigatur. Magnam partem istius prouincie seu regni possidet rex rasie seu seruie, et hoc nomine dotis, eo, quod filiam imperatoris qui nunc imperat duxit in uxorem [5]. Circuncingitur enim 37
hec prouincia a parte orientis machedonia, a meridie 38
achaya, ab occidente rasia et seruia, a septentrione 39, 40
bulgaria. Notandum [est hic] quod inter machedoniam, 41

---

1) *Vinc. Bell. I. 73.*

2) *Mons sanctus est translatio slavicae denominationis Parnassi, cuius auctor meminit.*

3) *De usu huius nominis vide Du Cange, Gloss. lat. II, 36; Idem, Gloss. med. et inf. Graecitatis (ed. 1688) f. 554; Raynaldus: Annal. eccles. IV, 482 (bulla ad regem Urosium II); Pseudo Brocardus: Doc. arm. II, 375, 469.*

4) *Cf. Vinc. Bell. I. 73.*

5) *Terrae, ab Urosio II Milutino expugnatae, eidem a. 1299 ab Andronico II ratione dotis filiae eius Simonis, quam ipse Urosius duxerat, concessae sunt (Jireček, Gesch. Serben I, 340/41).*

---

v. 2. *apolino* | appolino *corr.* appolini *D;* appolini *E* || sfeptagoria | septagoria *B;* Sfepragoria *C;* spretagoria *D, E.*

4. multitudo | quod eo multitudo est ibi *D* || grecorum | grocorum *corr.* grecorum *D* || anachoricarum | anathoricarum *D, E* || calogeri | Calageri *E.*

5. *achillis* | acillis *corr.* achillis *D* || 6. *equi* | *deest E.*

8. aliter seruie *nota marg. D* || seruie | seruicie *B, E;* servicie *corr.* seruie *D.*

9. dotis | *corr. D.* || 10. spatia *sequ. desunt B, D, E.*

12. achaya | achaia *D, E* || seruia *nota marg. D.*

13. [est hic] | *deest D, E* || inter | *manu alt. add.* circa *E*

achayam et thesalonicam est quidam populus ualde magnus et spaciosus [1] qui uocantur blazi [2], qui et olim fuerunt romanorum pastores [3], ac in vngaria ubi erant pascua romanorum propter nimiam terre uiriditatem et fertilitatem olim morabantur [4]. Sed tandem ab ungaris inde expulsi, ad partes illas fugierunt [5]; habundat enim caseis optimis, lacte et carnibus super omnes nationes. Terram [enim] horum blachorum que est magna et opulenta exercitus domini karuli qui in partibus grecie moratur fere

---

1) Cf. testimonium Beniamini de Tudele apud A. Xenopol: Les romains au moyen age. Paris 1885 p. 41 et p. 39—44.

2) »Blachia, Vlachia, Walachia. est Thessalia veterum sensu lato, id est omnis terra inter Oetam Olympumque montes sita« (cf. Font. rer. Austriac. I, 497); vide etiam de Blachis in his partibus J. Arginteanu: Istoria Românilor Macedoneni. Bucaresti 1904.

3) A scriptoribus Ungarorum et Byzantinorum huius temporis »coloni« nominabantur; cf. A. Sturdza: La Terre et la Race Roumaine. Paris 1904, p. 231.

4) Quaestio originis Blachorum in his partibus in magna controversia, quae optime in opere D. Onciul: Romanii diu Dacia Trajana până la întemeierea Principatelor (Bucaresti 1902) exponitur, versatur. Cf. etiam Xenopol: Hist. de Roumains de la Dacie trajane, Paris 1892 I, 171 et sequ. et Sturdza o. c. p. 230 et sequ.

5) Indicia auctoris nostri optime cum opinione viri docti Hasdeu (Strat și Substrat. Genealogia popórelor balcanice. Annal. Acad. Roman. 1892; Bănățenĭ diu punctul de vedere al conservatismuluĭ dialectal și teritorial. Annal. Acad. roman. 1896) concordant.

---

v. 1. machedoniam | macedoniam C, D, E || achayam | achaiam D, E || thesalonicam | thessalonicam C; thesaulonicam D, E || quidam | quedam B.

2. blazi | blasi D; Blasi *uel* Blati *partim erasum* E.

5. ungaris | vngarijs D, E.

8. enim | *deest* D, E || horum | istorum DE || blachorum | Blacorum D; blatorum E || nota de blacis *nota marg.* D.

9. karuli | karoli D, E || moratur | morantur B.

totam occupavit et ideo conuertit se ad regnum thesalonicense et actu mari terraque, expugnant ciuitatem The-
salonicensem dictam cum regione circumadiacente 1). Ter- 42
cio *achayam* sic dictam *ab acheo rege* 2), hec prouincia *preter partem que iungitur machedonie undique est circumdata mari et ideo fere insula est. Caput huius prouincie est chorintus* 3) que propter suam pulcritudinem et nobilitatem quam olim habuit uocabatur *grecie decus;* ad hos dirigit apostolus epistolam ad chorintios 4). In ea eciam sunt ciuitates alie ualde famose, uidelicet patras, vbi beatus andreas fuit crucifixus et corpus eiusdem iacet recondi-
tum 5), Clarentia 6), andrauilla 7) et multe alie. Uulgariter 43

---

1) *Cf. supra p. 00.* 2) *Vinc. Bell. I. 73.*
3) *Ibid.* 4) *Ep. Pauli ad Corinthios.*
5) *Differens narratio Vincentii Bellovac. IX, c. 73, 90;* »cuius (scil. s. Andreae) beatum corpus Maximilla... recondidit in sepulcro« *(Georgii Turon. Liber de miraculis b. Andreae apostoli. M. G. H. SS. Meroving. 845).*
6) *Clarencia, Charenza, Glarentsa in Morea (Graese-Benedikt, 82).*
7) *Andraville, Andravida, Andravis prope Clarenciam; de his duobus civitati cf. Schlumberger:* Les principautés franques p. 94

---

v. 2. *thesalonicense* | thessalonicense *C;* thesaulonicense *D, E.*
3. *Thesalonicensem* | thessalonicensem *C;* thesaulon *D, E.*
4. *achayam* | achaiam *D, E* || *ab acheo* | a chaia *per add. corr* ab achaia *D;* a chaio *E.*
5. *machedonie* | macedonie *C.*
6. 3a achaia *nota marg. D* || Corinthus *nota marg. E.*
7. *chorintus* | corinthus *D, E* || que | qui *D, E* || corinthus *nota marg. D.*
8. quam | quod *corr.* quando *D; abr. E* || *decus* | *sequ.* spatium *E* || hos | hoc *A.*
9. dirigit | *A, B abr.* || chorinthios | *A, B, C abr.;* Corintheos *E.*
10. alie | *deest E* || famose | valde famose *D, E* || patras *nota marg. D.*
12. reconditum | circumditum *D; ex corr.* recumditum *E* || andrauilla | andriuilla *B* || *spatium post* alie *D, E.*

prouincia hec morea uocatur, latine uero principatus achaye
Huius principatus partem occupauit princeps filius re- 44
gis sycilie 1); sed et ceteras partes quasi gallici et latini tenent occupatas. Irrigatur hec prouincia vno *magno fluuio nauali*, qui [*Crimantos* uocatur, hic *lapidem albesseu* nomine guerat *qui*] *semel accensus nunquam extinguitur. Candidissime etiam merule in terra illa nascuntur* 2).
Quarto *eladiam ab eladio rege* sic *dictam* 3). Sed nunc athe- 45
niensis ducatus uocatur, in ea enim sunt ciuitates athenarum, thebana, peloponensis et achademia, olim uilla philosophorum 4). Est enim hec prouincia inter macedoniam et achayam uersus constantinopolim sita et regitur tota a gal-
licis et latinis. Quinto lacedemoniam; in ea est nigro 46
pontus, que a gallicis [eciam] et lonbardis [tota] regitur et inhabitatur 5). Est hec prouincia parua in quantitate, ta-
men multum deliciosa et insularis. Sexto *epirum a piro* 47

---

1) Philippus de Tarento, filius Caroli II, regis Siciliae.
2) Vinc. Bell. I. 73. 3) Vinc. Bell. I. 72.
4) Cf. Isidor. Hisp. Etymolog. l. VIII c. VI »villa Platonis Academia Athenarum«; cf. Gerv. Tilbur. Scriptor. rer. Brunsv. II, 765.
5) Cf. G. Schlumberger: Les Principautés Franques du Levant, p. 101/2.

---

v. 5. *Crimantos* | crimates C; crnātes D; crinantes E || hic | hec D || *albesseu* | albessen C; albessum D, E.
6. guerat | gu'at *A, D*; *legendum fortasse:* gerit || *[Crimantos.... qui] deest* B.
8. Athenensis *nota marg.* E.
10. peloponensis | poloponia D, E || achademia | achadonia corr. achadomia *D*; achanonia *E*.
11. macedoniam | Mathedoniam D, E.
12. achayam | achaiam D, E.
13. lacedemoniam | lacedomoniam *A*, C; lacedemonam B || nigro pontus | nigrapontus *D*; nigra pontus *E*.
14. [eciam] *deest* D, E || lonbardis | a lombardis D, E || [tota] *solum* D, E.
15. inhabitatur | inhītatur *A*, C, D; inhitatur B.
16. *piro* | pyro C; pirro *ex add.* D.

achillis filio sic dictam[1]), que nunc terra despoti uo-
catur[2]). Magna prouincia est et lata, habens in se ciuitates
[neupotasensem[3]), gridensem[4]), belgradensem[5]) et siuariceu-
sem[6]) et multas alias ciuitates] et castra. Partem huius pro- 48
uincie princeps achaye, filius regis sycylie, ratione uxoris,
que est despoti filia, occupat[7]), licet frater vterinus uxoris
eiusdem principis, qui [nunc] de nouo filiam imperatoris

---

[1]) Vinc. Bell. I. 72.

[2]) Post expugnationem Constantinopolis per crucigeros, Michael Angelus Komnenus ditionem sui iuris, nomine »despotatus Epiri«, condidit (cf. Kugler, Gesch. Kreuzzüge, 287).

[3]) Naupactos (Návpactos, Lepanto, Epacto) ad sinum Corinthiacum.

[4]) Agrinium (Agrinion) in Epiro?

[5]) Bellegrada, Balagritza, Belgradum i. e. Berat in Albania.

[6]) Serquices (i. e. Serviana) prope Janinam?

[7]) De matrimonio Philippi de Tarento, filii Caroli II, regis Siciliae, cum Thamar (Ithamar), filia Nicephori Ange, despotae Epiri, et Annae Cantacuzenae, anno 1294 facto, cf.: Buchon: Recherches historiques sur la Principauté française de Morée. Paris 1845, p. 321/2; Anselme: Hist. geneal. mais. France I, 412; H. Grote: Stammtafeln p. 444; Stokwis: Manuel d'histoire etc. II, 451. Ratione huius matrimonii Philippus de Tarento partem ducatus Epiri (»tertiam partem« Buchon, o. c. 322) accepit; cf. Georgius Pachymeres, De Andronico Palaeologo II, 202.

---

v. **1.** *achillis* | achilis *D* || despoti | desponti *D, E.*

2. prouincia | terra *D, E.* || aliter t'ra *nota marg. D.*

3. neupotasensem | Neupocasensem *D, E* || belgradensem | belgradensem *D, E* || siuariceusem | Siuericensem *D*; Smerecensem *E.*

4. [neupotasensem... ciuitates] *deest B, C* || *spatium solum D, E* || Partem | a parte *corr.* partem *D.*

5. achaye | achaie *D, E* || sycilie | Sicilie *B, D, E* || ratione | *corr. D.*

6. despoti *manu alt. corr.* desponti *E.*

7. eiusdem | dicti *D, E* || qui | que *corr.* qui *D* || [nunc] *deest D, E.*

constantinopolitani duxit in uxorem[1]), impugnet eum uiri-
liter et proficiat multum contra eum ut dicitur[2]). Se- 49
ptimo *crelham a cretha* rege sic dicta[m] *que centopolis olim*
uocabatur, eo *quod centum urbibus*[3]) nobilibus extitit deco-
rata, licet nunc sint destructe et ille que sunt, non in illo
sunt robore quo fuerunt. Hec prouincia insula est et 50
a uenetis tenetur et regitur[4]). Hec insula *prima remis* 51
et sagittis claruit, litteris iura prima docuit, equestres tur-
mas prima reperit, musicum studium prima adiuuenit,
ceruos, lupos, uulpes, serpentes, noctuas, aliaque ferarum
noxia nec gignit nec sustinet *et* si aliunde illuc portantur
statim moriuntur[5]), ut referunt experti.

Preter hanc insulam sunt et alie insule, que se 52
extendunt fere in cyprum et ad mare magnum, usque ad
mare adriaticum, que sunt et debent esse imperatoris gre-

---

[1]) Thomas, filius Nicephori, frater Thamar, despota Epiri circa a. 1306 Annam, filiam »iunioris Augusti« Byzantini Michaelis, in uxorem duxit (Georgius Pachymeres, De Andronico Palaeologo l. V c. 20, et commentarii t. II p. 861; Joh. Cantacuzenus, Historiarum lib. I c. 1; Du Cange, Hist. Constant. VI, 16).

[2]) De hoc bello cf. Georgius Pachymeres l. c.

[3]) Vinc. Bell. I. 80.

[4]) Ab a. 1204; cf. Du Cange, Hist. Const. l. I c. 21 et Lacroix, Iles de la Grèce p. 573/4.

[5]) Vinc. Bell. I. 80.

---

v. **1.** eum | eum impugnet *D, E.*

3. *cretha* | Creha *D*; Creha *corr. postea* Cretha *E* || dicta | dictam *D, E* || *olim* | 7ma *nota marg. D.*

5. sint | cretha *nota marg. D.*

6. *spatium solum D, E* || insula | *deest E.*

7. uenetis | et auentis *B* || *spatium solum D, E.*

8. *docuit* | *ex corr.* dedit *D.*

10. notandum prouincia Crete non sustinet venenosas bestias *nota marg. E* || *uulpes* | wlpes *A.* || *aliaque* | aliasque *A, B, C.*

11. illuc | adhuc *B, C*; illic *D, E.*

13. *spatium solum D, E.*

14. cyprum | ciprum *B,*

§§
corum. Dicte autem insule cyclades uocantur eo quod 53
circundant uel circumadiacent ipsi grecie et sunt princi-
pales XII. *Prima est rodus, in qua fuit colosus eneus,* 54
cuius altitudo erat LXX cubicorum [1]); de hac autem insula
et urbe rodia fuit ptolomeus, qui fecit astrologiam suam [2]).
hanc insulam cum ciuitate sua rodia nuper [hospitalarii]
occupauerunt cum magno dampno rerum et personarum
suarum [3]). *de hac* autem *insula* fuit *minodimus precipuus*
aristotilis discipulus [4]). Secunda est delos; *delos in greco* 55
idem est quod manifestatio, quia prima apparet inter in-
sulas. vocatur [et] *orthoya propter multitudinem [coturni-*
cum], que ibi sunt et a grecis orthogie uocantur [5]). Ter- 56

---

1) *Cf.* Vinc. Bell. I, c. 81.
2) *Cf.* supra p. XXII; de gloria Ptolemaei, ut astrologi vide Isid. Hisp. Elucid. l. III, c. XVI (Migne, Patrolog. LXXXII p. 170).
3) *Cf.* supra p. VIII.
4) Vinc. Bell. V. 2.
5) Vinc. Bell. I. 81.

---

v. 1. *spatium solum D, E* || cyclades | Euliades *corr. postea* Cyclades *D;* Eulaides *E.*
2. rodus. Ciclades principales sunt XII *nota marg. D.*
3. ***rodus*** | rhodus *C; corr. D;* Robus *E* || ***colosus*** | tolosus *B, C.*
4. ***cubicorum*** | cubicorum *corr.* cobitorum *D.*
5. et | ex *D, E* || rodia | rhodia *C* || Vnde fuit pto(lomeus) astrologus *nota marg. D* || ptolomeus | protolomeus *B;* ptholomeus *C, D, E.*
6. hospitalarii | *ex add. post.* sarraceni *D; deest E.*
7. occupauerunt | occuparunt *A, B, C.*
8. autem | eciam *D, E* || ***minodimus*** | musodimus *B, C.*
9. ***aristotilis*** | aristotolis *E* || ***delos*** *deest C* || ***greco*** | *ex corr.* grece *D.*
10. ortigio *nota marg. D.*
11. [et] | *deest D, E* || ***orthoya*** | orchoya *B;* orchoia *corr.* ortheia *D;* orchoia *E* || ***[coturnicum]*** *deest D, E.*
12. ***ibi*** | *ex corr. C;* ubi *A, B* || ***orthogie*** | ortogie *C;* ortogio *D, E.*

§§
cia uocatur cenodes [1]). in hac naues collecte fuerunt a gre-
v. 2. tributarium | tributorium *D, E* || seruit | seruis *A, B.*

3. terrarum | terrarum illarum *D, E.*

5. *spatium post* armorum *D, E* || Iuxta | *in E sequ.* et || et | *deest E.*

6. ruthenia | ruchenia *B, D, E.*

7. ex | sub *D, E.*

8. est | est tamen *D, E* || [autem] *deest A, B, C* || consimiles | similes habet *D, E.*

9. eisdem | *ab* et *usque ad* fluminibus *deest C.*

10. quod | *sequ.* in *D, E; in D postea delet.*

12. [nunc] *deest D, E* || vxorem | in uxorem nunc *C* || karulus | katulus *B;* karolus *C, D, E.*

Olim fuit hec terra sub imperio [1], postmodum sub vngaria [2], nunc autem est sub tributo tatarorum [3], quem admodum et bulgaria. Omnes iste nationes sunt scismatice, perfide, linguam eandem habentes. Notandum autem hic quod rucheni, bulgari, Rasenses, sclaui, bohemii, poloni, et pruzeni locuntur vnam et eandem linguam scilicet sclauoniam [4], ex quo patet quod lingua sclauica maior est et diffusior omnibus [linguis] mundi.

---

[1]) Hoc loco auctor noster aut condicionum s. XI, quo nonnunquam pars Rutheniae, ad Poloniam pertinens, sub formali summo imperio imperatorum Romanorum fuerat, aut temporum Vladimiri, ducis Galiciae, qui a. 1189, a Casimiro II, duce Poloniae, imperatore Frederico I. postulante, in dominium suum restitutus fuerat, meminisse videtur. Possibile est etiam auctorem nostrum condicionem deditionis, a duce Ruthenorum Sviatoslavo, imperatori Byzantino a. 971 factae (Jireček: Gesch. Bulg. 188), commemoravisse.

[2]) Rex Ungariae Bela III, a. 1188, filium suum Andream ducem Galiciae fecit et ipse titulum regis »Galatiae« (Galiciae) sumpsit (Roepell: Gesch. Polens I. 380). Postea etiam Ungari (a. 1206—1227) ducatum Galiciae obtinuerunt et rex eorum Andreas II. ab a. 1206 titulum regis »Galiciae et Lodomeriae« sumpsit.

[3]) Ab a. circa 1250 duces Galiciae chanis de Kipczak tributum praestabant; cf. A. Jabłonowski, Historia Rusi. Kraków 1912, p. 66.

[4]) »Ruthena... concordans cum Bohemis et Sclavis in ydiomate et lingua« Barth. Angl. XV. c. CXXXI; cf. etiam Laonicum Chalcocondylam (a. 1470) ed. Bonn p. 35.

---

v. 1. terra | hec terra olim fuit C.

2. tatarorum | Tartarorum *C, D, E.*

3. notandum quod loquitur linquam Slavonicam *nota marg. E.*

5. bulgari | *corr. D* || Nota bene *nota marg. D* || Rasenses | bulgariasenses *E* || qui loquantur linquam slauonicam *nota marg. D* || bohemii | boemi *C*; Boemii *D, E.*

7. sclauoniam | *postea corr.* sclauonicam *D* || sclauica | sclauonica *D, E* | lingua sclauonica maior est et diffusior tocius mundi *nota marg. E.*

8. Nota *nota marg. D* || [linguis] *deest D, E.*

Ex hiis satis aduerti potest, quod bulgaria et ruthenia et Rasia sunt inter greciam et vngariam, et ideo ubi dominus karulus haberet grecorum imperium, confederatione facta cum rege vngarie, idem dominus Karolus ex vna parte et rex Vngarie Karolus ex altera parte de facili haberent et subiugarent omnes illas scismaticas et barbaras nationes, que tam opulenta et delicata regna, sicut iniusti possesores occupant [1]). Et posito quod idem dominus karolus dictum imperium grecorum non haberet totum, ipse ex vna parte et dictus rex vngarie ex altera [parte] preoccuparent imperium prefatum et omnes nationes dictas; nam rex karolus frater sancti lodewici, pater regis sycilie, quia ad imperium Constantinopolitanum hauelabat [2]) et per consequens omnes prefatas nationes faciliter occuparet [3]), fortissimo vinculo se coniunxit regi vngarie [4]), eo quod filiam eius recepit pro filio suo [5]), et filiam 88/87

1) *Cf.* p. XXXI et sequ.

2) havellare = avellare (Diefenbach, Gloss. lat. germ.) = anhelare (Du Cange).

3) *Cf.* Pseudo-Brocardus Doc. arm'en. II, 433; vide Ireček: Gesch. Serben I, p. 321–24, 329/30.

4) Stephano V. (1270–1272).

5) Maria iungitur matrimonio cum Carolo II. rege Siciliae, filio Caroli I. Andegavensis.

v. **1.** *spatium ante* Ex *D* ‖ aduerti | auerti *D, E* ‖ ruthenia | ruchenia *B, D, E* ‖ **3.** karulus | karolus *D, E*.
4. vngarie | bulgarie *D, E* ‖ Karolus | karulus *B*.
5. parte | rex vngarie ex altera karolus parte *A*; Rex ungarie ex altera parte Karolus *B;* Rex ungarie ex altera parte. Karolus *C*.
7. nationes | nationes et barbaras *D, E*.
8. sicut | vt *D, E* ‖ **9.** dominus | *deest B*.
10. dictus | dominus *B, C* ‖ **11.** [parte] *deest D, E*.
12. lodewici | lodouici *B, C;* ludouici *D, E*.
13. sycilie | Sicilie *B, C, D, E* ‖ Constantinopolitanum | Constantinopolis *D, E*.
14. et *corr.* ut *D;* ut *E* ‖ nationes | naciones prefatas *D, E*.
15. occuparet | occuparunt *A, B, C*.

suam dedit filio illius [1]). ut ex duplici parte imperium dictum et nationes prefate, que facilime occuparentur, impugnarentur. nec adhuc nobilior et efficatior modus proueniendi et subiugandi dictum imperium et nationes dictas, est isto, dum tamen memoratum regnum vngarie haberet pacem [2]).

Vngaria. Post has prouincias agendum est ulterius de vngaria, que magis appropinquat [ad] septemtrionem. [Et est] notandum, quod regnum vngarie olim non dicebatur vngaria, sed messia et panonia. *Messia quidem dicebatur a messium prouentu* [3]), habundat enim multum in messibus, pannonia dicebatur etiam a panis habundantia; et ista consequenter se habent, ex habundantia enim messium sequitur habundantia panis. Vnde [et] de beato martino, qui de vngaria fuit, legitur lectione prima: *Igitur martinus sabbarie panoniorum opido oriundus fuit* [4]).

1) Isabellam filiam Caroli I. Andegavensis, duxit ie uxorem Ladislaus IV, postea (1272–1290) rex Ungariae.

2) Carolus Robertus modo a. d. 27 Novembr. 1308 pro rege Ungariae haberi potest.

3) Vinc. Bell. I. 71.

4) Breviar. roman. Festa Novembr. 11. Lect. IV.

v. **4.** proueniendi | perueniendi *D*.
5. dictas | dictas nationes *D, E* ‖ tamen | *ex add. D*.
6. haberet | habet *E*.
7. Vngaria | *deest B;* De regno Vngarie *E* ‖ post | ost *C* ‖ nota *nota marg. D* ‖ agendum | dicendum *D, E*.
8. [ad] *deest D, E*.
9. [Et est] vbi *A, B, C*.
10. panonia | pannonia *D, E*
12. etiam | etiam dicebatur *D;* enim dicebatur *E*.
14. [et] *deest A, B, C*.
15. sanctus martinus *nota marg. D* ‖ Notandum de sancto Martino vnde erat oriundus *nota marg. E*.
16. *martinus* | marthinus *D* ‖ *sabbarie* | salbarie *corr.* sabarie *D*; salbarie *corr.* sabbarie *E*.

Panoni autem, qui inhabitabant tunc panoniam, omnes §§
erant pastores romanorum, et habebant super se decem
reges potentes in tota messia et panonia, deficiente autem
imperio romanorum egresi sunt vngari de sycia prouincia
et regno magno, quod est ultra meotidas paludes [1]), et
pugnauerunt in campo magno, quod est inter sicambriam [2]) et albam regalem [3]) cum X. regibus dictis et optinuerunt eos et in signum uictorie perpetuum erexerunt
ibi lapidem marmoreum permaximum, vbi est scripta prefata
uictoria. quiad huc perseuerat usque in hodiernum diem [4]);
et hec uictoria habita, acillem, qui erat potentior inter
VII duces, qui egressi fuerunt de sicia, concorditer elegerunt et prefecerunt sibi in regem et optinuerunt totam
terram et inhabitauerunt eam, et extunc ab vngaris, qui
alio nomine huni uocantur, tota terra dicta est vngaria
habet enim [hoc] regnum prouincias et ducatus magnos, 88

---

1) »Scythia, quae a meotidis paludibus incipiens« Vincent. Bell. I, 71; de origine Hunorum cf. Vinc. Bell. l. XVI c. 15, 16; Cf. etiam Barthol. Anglic. l. XV. c. CXVI.

2) Nomen corruptum esse videtur.

3) Székesfejervár, germ. Stuhlweissenburg.

4) Cf. p. XXIV/V; cf. Keza (ed. 1833, p. 20) et Thwrocz (ed. Schwandtner II. p. 73, c. XI).

---

v. 1. Panoni | Pannoni *D*, *E* ‖ inhabitabant | tunc inhabitabant *D*; tunc inhabitant *E* ‖ panoniam | pannoniam *D*, *E*.

3. et | seu *D*, *E*.

4. sycia | syria *B*; sithia *C*; Sicia *D*, *E*.

5. magno | magno regno *D*, *E*.

7. albam | albam *D*; Albanam *E* ‖ aliter albaniam *nota marg*. *D*.

11. acillem | *ex corr*. atillam *C*; acillam *corr*. atillam *D*, *E*.

12. sicia | sithia *C*.

14. vngaris | vngarijs *corr*. vngarjs *D*; Vngarijs *E*.

15. huni | hum *B*, *C*; *ex corr*. *D*; sinni *E* ‖ *ex corr*. *restitit* aliter, *ut nota marg*. *D*.

16. *spatium post* vngaria *D* ‖ [hoc] *deest D*, *E* ‖ Vngari alio nomine hani *nota marg*. *D*.

quarum: Prima est posonium [1]). Secunda trincinium [2]). Ter §§
cia sipis [3]) Quarta cungolibso [4]). V[ta] hunga [5]). Sexta mala 89, 90, 91
mors [6]). Septima sylac [7]). VIII[a]. pars transiluana. IX[a]. si- 92, 93, 94
culi [8]). X[a]. sicurrite [9]). XI[a]. zeuriuenses [10]). XII[a]. sirinia. [11]). 95, 96, 97
XIII[a] marcia [12]). XIIII[a] simpronium [13]). XV[a]. Crouacia [14]). XVI 98, 99, 100
dalmacia. Hec enim prouincie equiperantur regnis in ma- 101, 102. 103. 104

---

1) Posonium, Pozsony, Pressburg. 2) Trencsen, Trentschin.

3) Comitatus Szepes, Zips, Spiž.

4) Comitatus Liptó (Liptowskie, Liptau)?; cf. nomen »Nemet Lipcse« ibidem.

5) Comitatus Ung, Ungh. 6) Comitatus Maramoros?

7) Comitatus Szilágy.

8) Siculi (Siculia, Siculorum terra) gens Ungarica Transsilvaniae, scil. Székelych (Székler).

9) Securisca (Sohegurli) prope Nicopolim ad Danubium?; cf. Pauly, Realencykl. VI, 915 et Forbiger, Handbuch der alt. Geogr. III, 749/50.

10) Banatus Zevrinensis inter Danubium et Alpes Transsilvanos.

11) Szeréna, Sirmium, Srem, zemlja sremska; Sirmiam hoc tempore Stephanus Dragutin gubernabat (cf. Jireček, Gesch. Serb. I, 331).

12) Scil. Macvia i. e. banatus Mačva (Machow), pari modo a Stephano Dragutin (Jireček l. c.) gubernatus.

13) Sopronium, Sempronium, Sopron, germ. Ödenburg.

14) Scil. Croatia.

---

v. 1. *spatium ante* quarum *A*, *D* ‖ posonium | postimium D, E ‖ trincinium | trinciruum *C*; crinomium *D*, *E*.

2. sipis | simpis *D*, *E* ‖ cungolibso | cungolipso *B*: liptoso C; tingolibso *D*; tmgolibso *E* ‖ V[ta], quinta *D* ‖ hunga | hungar C.

3. mala mors | Maleramgr C ‖ sylac | Silac *D*, *E* ‖ IX[a] | nona *D* ‖ siculi | situli *C*.

4. X[a] | decima *D* ‖ sicurrite | Siturrice *D*; Sicirrice *E* ‖ zeuriuenses | zeurinenses *B*, *C*; zeurienses *D*, *E* ‖ sirinia | firmia *D*; sirmia *E*.

5. marcia | macuria *D*, *E* ‖ simpronium | simpromum C; simpronum *D*, *E* ‖ nota *nota marg*. *D* ‖ Crouacia | tonacia *D*, *E*.

6. dalmacia | dalmatica *B*, C ‖ equiperantur | equipperantur D ‖ Regnum Vngarie est de maioribus regnis mundi *nota marg*. *E* ‖ Longitudo. 40 dietas habet et latitudo totidem *nota marg*. *E*.

gnitudine, et ideo regnum vngarie est de maioribus regnis mundi [1]), quantum ad terre spacium; dicitur enim comuniter, quod in longitudine habebat XL dietas et totidem in latitudine. Est enim terra pascuosa et fertilis ualde in pane, vino, carnibus, auro [et] argento [2]), copia autem piscium excedit fere omnia regna, preterquam noruegiam, ubi pisces comeduntur pro panibus, uel loco panis [3]). terra est comuniter plana, colles paruos permixtos habens, alicubi tamen habet montes altissimos: in partibus transiluanis sunt maximi montes de sale [4]) et de illis montibus cauatur sal sicut lapides et apportatur per totum regnum et ad omnia regna circumadiacentia.

Diuiditur enim vngaria in duas partes, videlicet in 105
partem transiluanam et in partem danubialem. Dicitur 106

---

[1]) *Cf. opinionem episcopi Ratisbonensis*, Roteneck, *ex a.* 1291 (*Pez. Cod. dipl. II*, 107 *et Katona VI*, 1067; *vide etiam* Fessler-Klein, *Gesch. Ungarns* I, 447.

[2]) »Hongrie... or et argent en plate« *in indice s.* XIII/XIV *mercimoniorum, ad mercatum Brugarum delatorum* (Inventaire des Archives de la ville de Bruges. Bruges 1873, t. II. p. 225/26).

[3]) *Cf.* Barthol. Angl. XV, c. CV.

[4]) »sal etiam optimum in quibusdam montibus effoditur«, Barthol. Angl. XV c. CXVI.

---

v. 1. vngarie | hungarie *C.*

3. habebat | habet *D, E* ‖ longitudo XL. dietas latitudo *nota marg. D* ‖ totidem | cotidem *B.*

4. latitudine | et in latitutudine totidem *D, E* ‖ pascuosa | spaciosa *D, E.*

5. [et] *deest D, E.*

6. noruegiam | nouergiam *B, C*; noruergiam *corr.* norwegiam *D*; noruergiam *corr.* norvoeygiam *E.*

7. notandum in norlvegia comeduntur pisces loco panis *nota marg. E.*

9. habens | habens permixtos *D, E.*

11. apportatur | apportantur *B, C* ‖ per | *deest B, C.*

13. vngaria | hungaria *C* ‖ videlicet | scilicet *D, E.*

enim [pars] transiluana, quod inter ipsam et aliam partem sunt silue durantes ad IIII dietas; pars danubialis irrigatur per medium ab illo famoso fluuio, qui dicitur danubius, qui est de maioribus totius mundi, fertilissimus in omni genere piscium et currit uersus orientem. irrigatur et alijs fluuijs, qui sunt fere eque magni, ut danubius, videlicet draua [1]), zaua [2]), tiscia [3]), vag [4]), culpa [5]), raba [6]), anrad [7]), buga [8]), lobret [9]), lucarta [10]). omnia hec flumina sunt naualia, et multum fertilia in piscibus, sicut et [in] husonibus, qui sunt maximi et delicatissimi pisces, stutionibus,
lucijs et alijs piscibus, sicut barbotis et cetera. Pars eciam 107
transiluana irrigatur maximis fluuiis naualibus, per quos cum magnis nauibus deferuntur sales per totum regnum et ad alia regna uicina videlicet vysic [11]), thecu [12]), thala-

---

[1]) Dravus, Dráva, Drau.

[2]) Savus, Sava, Sau.

[3]) Tiscia, Tysia, Tisianus, Tisza, Theis.

[4]) Vagus, Waag, Vág. [5]) Kulpa. [6]) Raab.

[7]) Hernad? [8]) Bega, quae in Tisam influit.

[9]) Laborcz? [10]) Latorcza?

[11]) Vissó in Comitatu Maramaros.

[12]) Tarac?

---

v. 1. [pars] *deest D, E* ‖ transiluana | *ab* transiluanam *usque ad* transiluana *deest B.*

2. IIII | quatuor *D.*

3. medium | modum *C.*

5. Danubius currit versus orientem *nota marg. E.*

6. ut | sicut et *D, E.*

7. zaua | zaica *A. D, E*; zaita *C* ‖ tiscia | ciscia *A, B* ‖ culpa | Vagculpa *B* ‖ raba | culparaba *D, E* ‖ anrad | arad *D, E.*

8. lucarta | bicarca *D, E* ‖ hec | huius *B*; huius modi *C.*

9. fertilia | fertiles *A, B, C* ‖ [in] *deest D, E.*

10. stutionibus | scurionibus *B, C, E*; sturionibus *D.*

11. barbotis | barbatis *D, E* ‖ *spatium post* cetera *D, E.*

13. sales | defertur sal *D, E.*

14. uicina | vicinia regna *D, E* ‖ vysic | visic *B, C*; Visic *D*; vesic *E* ‖ thecu | techu *D, E* ‖ thalabint | calabine *D, E.*

sconus [6]), ara-
bint [1]), thiscia [2]), soget [3]), purut [4]), lapis [5]),
gas [7]), morus [8]), bistrice [9]). fere pro maiori parte hec flu-
mina cum arena trahunt aurum et ideo in vngaria con-
tinue faciunt lauari et colari aurum ac congregari prin-
cipes ac ceteri homines nobiles, qui sunt iuxta dicta flu-
mina, [sed et] ista [flumina] habundant in piscibus nimis.
Preter budam, ubi est sedes regni, que est maxima 108
ciuitatum, strigomum [10]), vbi est archiepiscopatus strigo-
niensis, Iaurinum [11]), vbi est episcopatus jauriensis, zagra-
biam [12]), vbi est episcopatus zagrabiensis, vesprimium [13]),
vbi est vespriniensis episcopatus, quinque ecclesias [14]), vbi

[1]) Talabor. [2]) Tiscia, Tisza, Theis; cf. supra p. 47.
[3]) Seret, flumen in Danubium influens.
[4]) Prut, Pruth, antiqu. Pyretus.
[5]) Lapos in comitatu Szolnok-Doboka. [6]) Szamos?
[7]) Aranyos. [8]) Maros.
[9]) Besztercze, Bistritz, Bystrzyca in comitatu Beszterce-Naszód.
[10]) Strigonium, Granus, Esztergom, Gran.
[11]) Jaurinum (etiam Arrabo, Arrabona, Arabonia) = Győr, Raab.
[12]) Zágráb, Agram. [13]) Vesprimia, Veszprém.
[14]) Quinque ecclesiae, quinque basilicae, Peuce, Pecs, Fünf-kirchen.

v. 1. soget | Sogec *D, E* ‖ purut | pút *A; locum vacuum relinqu. B;* pat' *C;* pmtur *D;* pintur *E.*
2. bistrice | bisturice *B, C;* bicrice *D, E.*
3. vngaria | hungaria *C.*
4. ac | et *D, E* ‖ congregari | congregare *E.*
5. homines | *deest E* ‖ flumina | hoc flumina dicta *D, E.*
6. [sed et] *deest D, E* ‖ [flumina] *deest A, B, C* ‖ nimis | nimis in piscibus *D, E.*
7. *spatium post* nimis *A, B* ‖ budam | budum *B* ‖ maxima | iuxta *D, E.*
8. ciuitatum | ciuitatem *D, E* ‖ strigomum | strigonum *D, E.*
9. Iaurinum | laurinum *A, B, C* ‖ jauriensis | Jariensis *A, B, C.*
10. zagrabiensis | zagrabriensis *D, E* ‖ vesprimium | vesprinum *D, E.*
11. episcopatus | episcopatus vespriniensis *D, E; ab* zagrabiensis *usque ad* quinque *omissum B, C.*

est episcopatus quinque ecclesiensis, alba iula [1]), vbi est
episcopatus transiluanus, tirnam [2]), posonium [3]), et baiam [4]),
non sunt plures ciuitates in tota vngaria, preter quinque
alias circa mare in dalmacia; sunt tamen multa opida,
[castra] seu fortalicia et uille innumerabiles in dicto re-
gno, et cum hoc [toto] uidetur prefatum regnum esse
omnino uacuum propter magnitudinem eiusdem. Sunt et 109
alii duo [archi]episcopatus in regno vngarie, videlicet
colocensis [5]) intus in vngaria et spalatensis [6]), qui est [in]
dalmacia circa mare.

Sunt comuniter parui homines et nigri ac eciam
sicci, [et] bellicosi sunt ualde in quolibet genere armorum,
precipue tamen sunt optimi sagitarii. paruos habent equos
comuniter, licet alias multum fortes et agiles, principes
tamen et nobiles habent equos magnos et pulcros, popu-

[1]) Alba Iulia seu Alba Carolina, Gyula Fehérvár, Karlsburg in Transsilvania.
[2]) Tyrnavia, Nagyszombat, Tirnau, in comitatu Pozoniensi.
[3]) Pozsony, Pressburg.
[4]) Baja (antiqu. Franconilla) in comitatu Bács-Bodrog.
[5]) Kalocsa ad Danubium.
[6]) Spalatum, Split seu Spljet, in Dalmatia.

v. 1. ecclesiensis | occlesiensis C ‖ Iula | zulle *A;* Julle *B;* uille *C;* Albaiula *E.*
2. transiluanus | transilianus *corr.* transiluanus *D;* transilianus *E.*
3. vngaria | hungaria *C.*
4. tamen | cum *A, B* ‖ 5. [castra] *deest D, E.*
6. [toto] *deest D, E.*
7. omnino | omnino esse *D, E* ‖ *spatium post* eiusdem *D, E.*
8. [archi]episcopatus | episcopatus *D, E* ‖ vngarie | hungaria *C.*
9. colocensis | colccensis *D, E* ‖ vngaria | hungaria *C* ‖ [in] *deest D, E.*
10. spatium post dalmacia *in D; incipitur nova sententia D, E.*
12. [et] *deest D, E.*
14. alias | *loco* licet alias, tamen *E.*
15. tamen | uero *E* ‖ pulcros | magnos et pulcros equos *D, E.*

lus vngarie est multum deuotus et catholicus, principes
uero et nobiles sunt multum crudeles. potentes sunt ualde
dicti principes, nam aliqui ex eis facere possunt X milia
armatorum, aliqui uero V milia. illi uero qui minus fa-
cere possunt II milia. Omnis tenetur regem sequi vbi-
cumque uoluerit cum tota gente sua, absque aliquo sti-
pendio, et quantumcumque regi placuerit eciam ad X
annos [1], verum tamen omnia loca per que transeunt de-
uastant, unde rex quantumcumque uellet et [pro] quanto
tempore uellet, posset ducere secum centum milia arma-
torum. Vix autem nunquam reges morantur in ciuitatibus,
sed tamen in campis. principes autem et officiales sui, qui
sunt in terra, tenentur necessarija eisdem ministrare [2]. 110
Quinque ducatus sunt in vngaria. primogenitus regis
debet regnum habere et post patrem regnare. Secundo
genitus primum ducatum, tercio genitus secundum duca-
tum et sic de singulis. Omnes ducatus sive banatus iuxta

[1] Cf. Akos v. Timon: Ungarische Verfassungs und Rechts-geschichte. Berlin 1914 p. 273; sed a tempore »bullae aureae« Andrae II, extra terminos Ungariae eis stipendium solvi deberetur.

[2] Quod »ius descensus regis« appellabatur.

v. 1. vngarie | hungarie *E* ‖ catholicus | chatolicus *E*.
2. uero | *deest B*.
3. possunt | possunt facere *D, E* ‖ milia | X^m *D*.
4. milia | quinque^m *D*.
5. II | duo *D* ‖ tenetur | Omnes tenentur *B, C, D, E*; *hic versus manu s. XV. add. B* ‖ vbicumque | ubi *E*.
6. aliquo | alio *D, E* ‖ 8. verum | Vmp.
9. notandum quod rex Vngarie potest ducere C Milia armatorum *nota marg. E* ‖ [pro] *deest D, E*.
10. milia | C^m *D* ‖ armatorum | armorum *corr.* armatorum *D*.
12. tamen | tantum *D* ‖ spatium post campis *E*.
13. eisdem | eidem *A, B, C*.
14. *spatium ante* Quinque *D* ‖ vngaria | hungaria *C*.
15. *spatium post* regnare *B*.
16. ducatum | ducatum secundum *D, E*.
17. iuxta | secundum *D, E*

uulgare vngaricum [1] habet rex nobilibus conferre et
iterum ab eodem recipere et alteri tradere iuxta uo-
luntatis beneplacitum. preter hos officiales est palati-
nus et magister tarnicorum palatinus uocatur ille qui
est iusticiarus in toto regno. Secundus a rege ma-
gister tarnicorum; uocatur ille, qui est super tributa [2].
Notandum [est], quod rex vngarie nullum thesaurum 111
congregat, sed omnia que habet expendit in suis ba-
ronibus et nunciis, et barones omnia sua expendunt
in rege. Circuncingitur autem vngaria ex parte orien-
tis Rasia, bulgaria et ruthenia, que sunt medie inter
dictum regnum et greciam ut dictum est; a parte meri-
diei circuncingitur mari adriatico, quod est iuxta apu-
liam, abruncium [3] et marciam [4]; ab occidente circumcin-
gitur theotonia et boemia, a septentrione uero polonia
et tataris [5].

[1] Cf. p. XXV.

[2] Primus officialis Ungariae erat palatinus, secundus magister tavernicorum; cf. decretum ex a. 1291 apud Timon: Verfassungsgesch. Ungarns p. 191.

[3] Abrutium, Apruntum, Abruzzo, provincia Italiae.

[4] Krajina Makar in Dalmatia; cf. p. 31.

[5] Scil. Ruthenis, qui hoc tempore Tartaris tributum praestabant.

v. 1. vngaricum | hungaricum *C* ‖ habet | *deleto* habet *positum* potest *D*.
2. iterum | interim *corr.* iterum *D*; iterim *E* ‖ recipere | recipere ab eodem *E*.
3. palatinus | platinus *B*.
4. tarnicorum | ta'nicorum *A*; traunicorum *E*.
6. tarnicorum | trauicorum *E*.
7. *spatium ante* notandum *D, E* ‖ [est] *deest C, D, E* ‖ vngarie | hungarie *C* ‖ nullum | multum *D, E*.
10. vngaria | hungaria *C* ‖ 11. ruthenia | Ruchenia *D, E*.
14. abruncium | abruntium *D*; abruntum *E*.
15. theotonia | theutonia *D, E*.
16. tataris | tartaris *C, E*; *in D supra add.* aliter tartaria.

§§

Notandum hic [est], quod nondum sunt tricenti anni, 112
quam vngari ad fidem sunt conuersi per sanctum stepha-
num eorumdem regem, cuius filius eciam est canonizatus,
rex hemericus [1]); demum eciam sanctificati sunt de domo
illa sanctus ladislaus rex [2]), et sancta elizabet, soror do-
mini belle regis eiusdem regni; sororem [uero] vterinam [3])
huius sancte elizabet ac domini regis belle dicti duxit
jacobus rex aragonum in uxorem, ex qua genuit filias,
petrum, quondam regem aragonum, iacobum regem ma-
ioricarum, et reginam francie ysabellam. A dicto domino 113
rege vngarie, bella, nati sunt duo filii videlicet, rex ste-
phanus et virgo margareta, cuius cononizacio nunc peti-
tur [4]). Ex quo patet, quod dictus rex stephanus et virgo

[1]) Rex Ungariae, Stephanus I. (997—1038), filiusque eius Emericus a. 1083 canonizati sunt.

[2]) Ladislaus I. (1077—95).

[3]) Hoc loco auctor noster errare videtur, nam Bella, Andreas et Maria progenies Andreae II. ex eius primo matrimonio cum Gertruda fuerunt, Jolanta tamen, postea Jacobo, regi Arragonum nupta, processit ex eiusdem secundo matrimonio cum Jolanta de Courtenay (cf. Spier, Reg. Hung. p. 199).

[4]) Cf. supra p. XII.

v. 1. *spatium ante* notandum *D, E* || [est] *deest D, E* || nondum | nundum *D, E* || tricenti | trecenti *D* || sanctus stephanus, sanctus Emericus *nota marg. s. XVI. D.*

2. vngari | hungari *C* || sunt | sunt ad fidem *D, E.*

4. hemericus | emericus *D, E.*

5. sanctus | secundus *B* || ladislaus | lasdislaus *corr.* ladislaus *D;* lasdislaus *C, E* || elizabeth | helizabeth *C;* elyzabeth *E* || sanctus ladizlaus, sancta Elisabet *nota marg. s. XVI. D.*

6. [uero] *deest A, B, C* || vterinam | unicam *D, E.*

7. elizabet | helizabeth *C;* elyzabeth *E* || ac | *in D, E, sequ.* dicti || dicti | *deest D, E.*

8. aragonum | arragonum *C, D, E* || § nota de rege vngarorum qui et que ex ipso processerunt *nota marg. D.*

9. aragonum | arragonum *C, D; ab* arragonum *usque ad* iacobum *deest E* || maioricarum | maioricorum *E.*

10. *spatium post* ysabellam *E* || 11. vngarie | hungarie *C.*

§§

margareta soror sua fuerunt secundi germani cum regina
francie ysabella. Et ex hoc etiam patet, quod inclitus rex
francorum est nepos eorumdem; a rege uero stephano 114
prefato genitus est vnus filius ladislaus, qui postea regna-
uit post patrem et habuit sororem regis [karoli] sycilie
in uxorem [1]). Sed ex ea prolem suscipere non potuit, vnde
mortuus est sine herede; ab eodem eciam rege tres filie 115
processerunt, quarum primogenitam habuit imperator Con-
stantinopolitanus qui nunc est, sed ea moriente duxit fi-

[1]) Indicia genealogica auctoris nostri bona et exacta sunt; ea coniunctio familiarum regum Hungaria et Franciae apud auctorem nostrum sic in tabula genealogica representatur:

Andreas II.

Bela IV. — s. Elisabeth — Jolantha ~ Jacobus, rex Arragoniae

Stephanus V. — s. Margaretha — Petrus, rex Arrag. — Jacobus I. r. Maioric. — Isabella ~ Philippus III, rex Franc.

Ladislaus IV ~ Jolanta Andegavensis — Philippus IV. rex Franc. — Carolus de Valois

Anna ~ Andronicus II. imp. Byzant. — Maria ~ Carolus II. rex Neapol. | Carolus Martellus | Carolus Robertus — Catherina ~ Stephanus Dragutin rex Serbiae — Elisabeth 1° ~ Záviš de Falkenstein 2° ~ Urosius II. Milutin rex Serbiae

v. 1. margareta | *ab* margareta *usque ad* soror *deest* E || fuerunt | sunt *E.*

2. et | *deest* C || 3. *spatium post* eorundem *D.*

4. genitus | genito *A, B;* genito *corr.* ingenitus C || ladislaus | laudislaus *D, E.*

5. post | *deest B* || [karoli] *deest* D, *E* || sycilie | sicilie *B*, C, *D*, *E.*

7. *spatium post* herede *D.*

8. processerunt | processere *A, B,* C || Constantinopolitanus | Constantinopolis *D, E.*

liam marcionis montis ferrati 1). Secundam tradidit regi sycilie qui nunc est 2). Terciam regi seruie stephano 3). Quartam posuit in monasterio vbi iacet corpus prefate uirginis margarete sororis sue, in quo stetit per triginta duos annos, postmodum apostatauit 4) et nobilem quendam de bohemia duxit in maritum, quo mortuo duxit regem rasie in uirum 5) et ex ea dictus rex rasie habet filiam, quam uellet tradere domino karolo uel filio suo 6) et qui prefatus rex vngarie ladislaus mortuus est sine herede, ut dictum est, ac eciam sorores eius omnes fuerunt nupte

---

1) Andronicus II. primum cum Anna, filia Ladislai IV, deinde cum Irena (Jolantha) de Monte Ferrato matrimonium iniit.

2) *Maria, nupta regi Siciliae Carolo II.*

3) *Catherina, nupta Stephano Dragutin, regi Serbiae.*

4) Elisabeth, filia Stephani V, soror Ladislai IV. regum Ungariae, quae in monasterio monialium Praedicatorum in insula Danubii (Hazeninsel) prope Budam aliquot annos vixit (cf. Ireček, Gesch. Serb. I p. 332); vide etiam p. 34 differentiam in indiciis auctoris nostri quoad annos, per quos Elizabeth in monasterio permanserat (scil. annos 32, 33, 34). Cf. etiam Chronicon aulae regiae (Font. rer. austriac. VIII, 80), quod dicit: »(Elizabeth)... ut puto dudum religionis habitu induta fuerat«; porro cf. Pachymeres, De Audronico, III c. 30, IV c. 1; Nikephoras Gregoras, VI c. 9; Guillelmus Adae Doc. armen. II, 437.

5) Elizabeth primavice a. 1287 viro praecipuo Bohemiae Záviš de Rosenberg-Falkenstein nupta est (Bachman Gesch. Böhm. I, 673). Cum autem de Závisio d. 24 augusti 1290 supplicium capitis sumptum est, denuo regi Urosio II. Milutin nupsisse videtur. Vide etiam contrariam opinionem Ireček, Gesch. Serb. I, 332/33; ad res gestas Záviš cf. Šusta: Záviš z Falkensteina. Český časop. histor. I (1895) p. 247 et sequ.

6) Cf. supra p. IV, V.

---

v. 2. sycilie | sicilie *B, C, D, E* || 4. triginta | tringinta *B*.
5. duos | XXXII *D* || apostatauit | apostotauit *A, B*.
6. bohemia | boemia *C, D, E* || 7. habet | habuit *C*.
9. ladislaus | laudislaus *D, E*.
10. nupte | omnes eius sorores nupte fuerunt *D, E*.

scismaticis, preter reginam sycilie, ideo ipsa sicut catho- 88
lica remansit heres regni et ipsa fecit donationem de di-
cto regno filio suo primogenito karolo scilicet martello 1).
quo mortuo successit eidem in regno karolus bertus fi-
lius suus 2) qui nunc regnat [ratione] iam tacta; hec de
vngaria sufficiant.

[Polonia]. Polonia diuiditur in sex ducatus, quorum
duces sunt potentes quasi reges, sunt autem [hec] nomina 116
ducatuum: Cracouiensis, Opuliensis 3), Bratislauiensis 4),
Glogouiensis 5), Gnisnensis 6) et magouiensis 7). licet anti-
quitus polonia reges haberet 8) a centum tamen annis ca-
ruit rege. Anno uero domini. M°. CC°. nonagesimo elege-

---

1) Vide diploma Mariae, uxoris Caroli II. regis Siciliae, pro filio suo Carolo Martello de d. 2 Januarii 1292 apud Katona, VI, 1084; Fejér, Cod. Hung. VI/I, 191.

2) Carolo Martello a. 1295 mortuo, filius eius Carolus Robertus se regem Ungariae declarabat.

3) Oppolia, Opole, Opeln in Silesia.

4) Scil. Vratislavia, Wrocław, Breslau.

5) Glogavia, Głogów, Glogau in Silesia.

6) Gnesna, Gniezno, Gnesen; scil. hoc loco ducatus Maioris Poloniae commemoratur.

7) Nomen evidentissime corruptum pro Mazoviensis (g = z); provincia Mazovia, Mazowsze.

8) Annis 1025—1034, 1076—1080.

---

v. 1. sycilie | Sicilie *B, C, D, E* || catholica | chatolica *E*.
3. martello | macello *D, E* || Karolus robertus rex Hungarie att. 309 *nota marg. s. XVIII B*.
5. [ratione] *deest D, E* || 6. vngaria | hungaria *C*.
7. [Polonia] *in margine A; B, D deest*; De polonia *E* || *spatium post* [Polonia] *D* || Polonia | olonia *C*.
8. duces | ducas *A*; ducatus *B, C* || nota *nota marg. D* || [hec] *deest D, E*.
9. Bratislauiensis | bartislauiensi *A, B, C*.
10. Gnisnensis | Gnisuensis *A, B, C* || magouiensis | Margomensis *B*; Mangoniensis *D, E*.
11. reges | regis *B* || 12. CC. | millesimo CC^mo *D*.

runt sibi in regem, ducem Cracouie, qui regnauit annis tribus et mortuus est sine filio masculo; habuit tamen vnam filiam, quam duxit rex boemie in vxorem et cum ea habuit regnum polonie [1]). Sed dicto rege boemie mortuo [2]) illam dominam Rex romanorum dedit filio suo secundo genito in vxorem [3]) et cum ea intendit habere prefatum regnum polonie [4]), sed duces prefati eidem resistunt, eo quod naturale odium est inter ipsos et teotonicos. Olim dicebatur polonia Wandalia a Wandalo fiuuio [5]). hii sunt Wandali, qui italiam et affricam deuastantes tempore

[1]) Premyslaus II, dux Maioris Poloniae, breviter etiam (Sept. 1290—Febr. 1291; cf. Roepell, Gesch. Polens p. 546—48) dux Cracoviae, d. 26 Julii 1295 (Balzer, Geneal. Piastów, 244) rex Poloniae coronatus est. Premyslaus II, occisus d. 8 Februarii 1296 (Balzer l. c.), reliquit »unicam filiam« (Font. rer. Boh. IV, 85) nomine Richezam (Reyczkam) et Elizabeth, quam, ut heredem Maioris Poloniae, Wenceslaus II, rex Bohemiae, d. 26 Maii 1303 in uxorem duxit (Balzer, o. c. 256).

[2]) D. 21 Junii 1305.

[3]) Rudolphus, filius Alberti I. (vide etiam p. VII), eandem Richezam — Elizabeth d. 16 Octobr. 1306 in uxorem duxit (Bachmann, Gesch. Böhm. I, 717).

[4]) Rudolphus, rex Bohemiae, recuperationem Poloniae Bohemis pollicitus esse videtur (cf. Bachmann, l. c.).

[5]) »Vindilicus amnis... ex eo traxisse nomen Vandali perhibentur« Isid. Hisp. Etymolog IX c. 2; cf. Gerv. Tilb. l. c. 22; vide etiam Lelevel, Geographie du moyen age t. I/2 p. 20 et S. Kętrzyński: Wincenty Kadłubek a Gerwazy z Tilbury. Rozpr. Akad. Um. Hist. fil. Kraków.

v. 1. Cracouie *corr. D;* cracouie *corr.* kracouie *E.*

8. teotonicos | teonicos *B;* theotonicos *C;* theutonicos *D. E.*

9. Wandalia | Wandalia palonia *A, C;* Wandalia polonia *B;* Wandasia *D;* Wandasia *corr.* Wandalia *D* || Wandalo | uandalo *A;* uuandalo *B.*

10. Wandali | Wandeli *E* || nota Wandalis *nota marg. D* || italiam | ytaliam *B, C, D, E* || affricam | africam *B, C.*

beati augustini, quieuerunt in finibus hispanie [1]). Terra est pascuosa, nemorosa, et lata ualde; habundat in pane, sed caret [omnino] vino; irrigatur Wandalo [2]) iam dicto, Odera [3]), nisa [4]), bobera [5]), et magara [6]), piscibus habundat multum et carnibus; argentifodine [7]) [et montes de sale sunt in ea [8]). Tigrides, vnicornia, castoria] et equi indomiti multi sunt ibi. Catholici sunt omnes et ob deuotionem, quam habent ad romanam ecclesiam, quelibet domus tenetur soluere vnum denarium romane ecclesie et uocatur denarius sancti petri [9]). Olim omnes poloni ibant

[1]) Cf. Isid. Hisp. Chronicon (Migne, Patr. lat. LXXXIII p. 1051/2).

[2]) Vistula, Vandalus, Wisła, Weichsel.

[3]) Odera, Viadrus, Odra, Oder.

[4]) Nissa (Silesiaca), Nisa, Neisse.

[5]) Bobrane fluvius Bober in Silesia.

[6]) Nomen »magara« evidentissime est corruptum, nescimus an loco Vartae?

[7]) Cf. »Polane: or et argent en plate, cire, vairs et gris, et coivre« in supra memorato indice mercimoniorum (Invent. Arch. Bruges. 1873. II, 26).

[8]) Hoc loco auctor salis fodinarum in Vielicca et Bochnia iam tum notarum et exercitarum meminisse videtur.

[9]) De hac questione cf. Gromnicki: Świętopietrze w Polsce. 1908; J. Ptaśnik: Denar świętego Piotra obrońcą jedności politycznej i kościelnej w Polsce. Rozpr. Akad. Hist. fil. Kraków, t. LI; M. Łodyński, kwart. hist. XXIV 255—270; id. Dagome iudex a kwestya sardyńska w X w. Rozpr. Akad Um. Hist.-fil. Kraków, t. XXIX serya II. Auctor noster praebet opinionem, denarium sancti Petri hoc tempore in Polonia »pro singulis domiciliis« (podymne) solutum esse.

v. 1. hispanie | yspanie *B;* hyspanie *C, E.*

3. [omnino] *deest D, E* || Wijscle *nota marg. D.*

4. nisa | visa *C;* Oderanisa *E* || bobera | vobera *D, E.*

5. argentifodine | argenliria *D, E.*

6. [et... castoria] *deest D, E.*

8. habent | habet *E.*

9. tenetur | habet *E* || romane | ratione *B;* rome *C.*

tonsi sicut conuersi cistercienses [1]), sed nunc aliqui incipiunt dimittere crines. bellicosi sunt satis et pulchre stature; hec de polonia sufficiant.

[Boemia]. Boemia est regnum opulentum ualde in 117
argento et auro eo quod habundat multum mineris talibus [2]). Duas habet partes uidelicet boemiam iam tactam et pomoraniam [3]). principalis ciuitas regni est praga, que est sita in boemia. Terra non est magna in quantitate, vnde nullus archiepiscopatus est in regno illo [4]). nam [dicitur quod] boemia olim non erat regnum, sed ducatus Nam fredericus imperator. non ille ultimus [fredericus] [5]), sed penultimus [6]) ducem dicte terre [7]) fecit regem eius-

---

1) *Cf.* »Relatio de Alemania«. Mon. Pol. hist. t. IV.

2) abundans... in auro, argento, stanno et ceteris metallis di- Mitteil. Inst. österr. Gesch. f. tissima (Barthol. Angl. De propriet. XXVII 70); argentifodinae et aurigeri fluvii Bohemiae iam s. XII noti erant (R. Sternberg: Umrisse Gesch. böhm Bergwercke; Bachmann: Gesch. Böhm. I, 576).

3) Sine dubio mendum loco »Moravia«; Pomorania (pomorze, Pommern) olim omnis Slavica, hoc tempore ex parte provincia Poloniae erat.

4) Fundatur modo d. 30 Aprilis 1344 (Bachmann o. c. I. 798).

5) Fredericus II. (1220—1250).

6) Fredericus I. Barbarossa (1152—1190).

7) Ladislaum II. (1140—1173).

---

v. 1. ciscercienses | cisterienses *corr.* cistercienses *D*; cysterienses *E* || 3. hec | hoc *E*.

4. [Boemia] *deest B, D*; de Boemia *E* || *spatium post* [Boemia] *D* || Boemia | oemia *C*.

5. habundat | habundant *A, B, C* || nota *nota marg. D* || mineris | muneris *B*; mineriis *D, E* || talibus | mineris talibus *corr.* mineralibus *C* || 6. habet | habet duas *B* || videlicet | scilicet *D, E*.

7. pomoraniam | pomoramiam *B*; pomerariam *D, E* || praga | purga *corr.* praga *D, E* || praga *nota marg. D, E*.

10. [dicitur quod] *deest D, E*.

11. fredericus | federicus *D*; federicus *corr.* fredericus *E* || ille | iste *D, E* || [fredericus] *deest D, E* || 10. nota *nota marg. D*.

dem [1]) et pincernam regis romanorum [2]). Omnes boemi §§ 118
sunt magni et subtiles fures; [comuniter] non sunt bellicosi, nec reges sunt potentes ex parte hominum de regno, potentes tamen sunt, quia ex multitudine [pecunie] quam habent ex argentifodinis [3]), conducunt multos stipendarios; habundat pane, sed caret omnino vino [4]), nisi aliunde portetur. Ceruisiam tamen bonam habet; linquam sclavicam loquntur in utraque parte prouincie [scilicet] in boemia et pomorania. Et quia rex dictus [boemie] mortuus est sine herede [5]), ideo rex romanorum uult illud

---

1) D. 11. Januarii 1158 (Bachmann: Gesch. Böhm. I. 333; diploma Frederici de d. 18. Jan. 1158 ed. apud Jireček: Cod. iur. Bohem. I, 26.

2) Dignitate pincernarum principes Bohemiae minime ab initio s. XII fungebantur (O. Balzer: Historya ustroju Austryi. 1908 p. 121), sed tandem a. 1289 (Redlich: Reg. Impr. p. 479) confirmationem eiusdem obtinuerunt.

3) Cf. Bachmann, Gesch, Böhm. I. 594—711 passim.

4) Hoc tempore in Bohemia vineae iam erant (vide Bachmann o. c. I, 825).

5) Wenceslaus III, ultimus vir ex stirpe Přemysl, d. 4. Aug. 1306 »a suis« occisus est.

---

v. 1. pincernam | piscernam *E* || boemi sunt subtiles fures *nota marg. E* || *spatium post* romanorum *D* || boemi | *in D, E sequ.* comuniter.

2. [comuniter] *deest D. E.*

4. sunt | sunt tamen *D, E* || [pecunie] *deest D, E.*

5. stipendarios | stipendiarios *D.*

6. habundat | habundant *E* || omnino | omni *D, E.*

7. aliunde | aliquando *D, E* || portetur | deportetur *D, E* || Ceruisiam | ceruesiam *C* || habet | tamen habent bonam *D*; habent tamen bonam *E.*

8. sclavicam | salmcam *D*; salmcam *corr.* slauicam *E* || slauonicam *nota marg. D* || prouincie | prouincia *D* || [scilicet] *deest A, B, C.*

9. pomorania | pomoranie *B*; pomoranies *C*; pomeraria *D*; pomeria *E* || [boemie] *deest D, E.*

regnum pro suo filio occupare, sed barones de regno contradicunt eidem [1]; hec de boemia sufficiant.

---

[1] Albertus I. Bohemiam primum filio suo Henrico, deinde secundo genito vindicabat, sed contra barones regni et contra alios candidatos bellum facere coactus est (Bachmann o. c. 715—725).

---

v. 1. regno | regni *D, E* || 2. sufficiant | sufficiat *C.*



Index rerum, personarum et locorum

(n. = notae editoris; v. = variae lectiones).